exemplū de cōtinua temptatione diaboli.
Fuit quidā monachus filius ſacerdotis ido/
lorum. qui cū puulus eſſet et induceret templo
idoli. vnde p tpe quodaʒ cum pater eius
intraret vt ſacrificaret idolis. intrauit ⁊ ipſe
poſt eum occulte. ⁊ vidit ſathanam in ſolio
ſedentē ⁊ omnē militiā eius aſtantē. ⁊ ecce
repēte vnus ex principibꝰ eius veniēs adorauit
eum. Cui dixit diabolus. vñ venis. At ille.
Fui in illa puincia. ⁊ ſuſcitaui bella ⁊ effu/
ſiones ſanguinū. Et dixit ad eū diabolus
In quāto tpe hoc feciſti. Et reſpōdit in tri/
ginta diebꝰ. ⁊ iuſſit euʒ flagellari dicens:
Solū tanto tpe hoc feciſti. Et ecce alius ve/
nit ⁊ adorauit eū. ⁊ ab eo interrogatus vnde
veniret. Rñdit. fui in mari. ⁊ ſuſcitaui vē/
tos ⁊ cōmotiones ⁊ ſubmerſi naues cū ho/
minibus. Et dixit ei diabolus: In quāto
tpe hoc feciſti. Rñdit ille. In viginti die/
bus. Et hūc ſimiliter flagellauit. Et tertius
venit et ſi ſic nūciauit dicens: In nuptijs
feci diſſenſiones. ⁊ ipſum ſponſum occide/
runt. ⁊ hūc cōſimiliter iuſſit flagellari. Et
alius venit dicens: Jam q̃draginta annis
quendaʒ monachū impugnaui. ⁊ vix iſta
nocte preualui ⁊ feci eum fornicari. qđ dia/
bolus audiens. mox ſurrexit ⁊ oſculatus eſt
eum. ⁊ tollēs coronam quā habuit. poſuit
in caput eius. ⁊ fecit eū ſibi cōſedere. Et ille
cum hoc vidiſſet intra ſe dixit. vere magnus
valde eſt ordo monachorum. ⁊ ſtatim factus
fuit monachus.

## ¶ De vigintiquattuor generibus hominū q̃ falſificāt fidē. Ser. xli.

MUlier magna
eſt fides tua. Fiat tibi vt vis.
Matth. xv. Mar. vij. Ariſto. viij. phyſi/
corum. Illud eſt prius quo exiſtēte non ſunt
alia. Sʒ ſine fide alie virtutes nihil ſunt
quantum ad vtilitateʒ aliquā. ergo fides eſt
prima virtutū. ⁊ prima via ad celum ducens
Vnde Heb. xi. Impoſſibile eſt ſine fide
placere deo. ergo ſi ſaluari volumus. pre
omnibꝰ oportet nos habere fidem. exēplo
iſtius mulieris chananee. quā chriſtus lau/
dauit in verbis premiſſis dicēs: O mulier
magna eſt fides tua. Vñ ſciendū q fi/ F
des ē frequēter predicāda chriſti fidelibus.
Vñ di in decre. Fides ſymboli ē publice
predicāda laicis. de conſe. diſ. iiij. Symbolū
Inſup fides a chriſti fidelibꝰ diligēter eſt
ſeruāda ⁊ cuſtodiēda. Tū quia neceſſaria ē
ad ſalutē vt bona opa ſint meritoria. tum
quia diabolus ei magis inſidiatur q̃ʒ bonis ope/
ribꝰ. quia bona opa nō ſaluāt ſine fide. Vñ
Aug. Sicut rami ex ariditate radicis are/
ſcunt. ita ⁊ quelibet opa licet videātur bona
tñ nō ſunt ſi a ſoliditate fidei diſiungātur.
Vñ minimū opus in fide ⁊ in gr̃a factū plus
placet deo. q̃ʒ omnia opa vnquā facta ab
omnibus infidelibus. Ex hoc patʒ q fides eſt
homini valde vtilis. Ipſa eni facit hominē
filiū dei in baptiſmo. Gal. iij. Omnes filij
dei eſtis p fideʒ. Ipſa eni impetrat a deo
quicquid vult. Vñ Matth. viij. Sic credi/
diſti ſic fiat tibi. Ipſa ē eni fundamētum
omnis meriti dei. De q Apl's dic. ij. Cori.
iij. Fundamētum aliud nemo pōt ponere
preter illud qđ poſituʒ ē qđ ē chriſtus ieſus. i.
fides chriſti. Vñ Aug. Fides ē bonoruʒ
omniuʒ fundamētuʒ. fides ē humane ſalutis
initiū. Nam extra fidē nō ē ſalus. Vñ omēs
iudei. heretici. ⁊ pagani. ſūt in ſtatu dāna/
torum. Vñ Mar. xvi. Qui crediderit ⁊ ba/
ptiçatus fuerit ſaluus erit. ⁊ qui nō crediderit
dānabitur. Vñ etiaʒ Aug. Nemo liberatur
a dānatione q̃ facta ē p adam. niſi p fideʒ
dñi noſtri ieſu chriſti. Vñ omēs qui ſaluati
ſūt ab initio mūdi. in fide ſaluati ſūt. quia
illi qui ante tpa chriſti vixerūt crediderunt
chriſtū venturum ⁊ redēpturum genus humanū
ſicut nos qui poſt chriſtū venimus credimus
hoc eſſe factuʒ. Vñ Bern. Multi ante ſalua/
toris aduentū deū omipotentē timentes ⁊
diligentes ſue ſalutis gratiſſimū pmiſſorem
credentes in pmiſſionē fidelem. ſperantes
certiſſimū redemptoreʒ in hac fide ⁊ expe/
ctatione ſaluati ſunt. ¶ Vnde in preſenti G
ſermone eſt dicendū quō chriſtiani multi/
pliciter falſificāt fidē in maximū periculū
animarum ſuarum. Nā quicūq; vult ſaluari oportet
eū veram integram ⁊ certiſſime cum bonis

opib⁹ approbatā habere. **Primi** igitur
ſunt q̄ dubitāt ꝺ fide · ⁊ tales ſolēt dicere:
Si ſic ē ſicut ſcriptura dicit ⁊ fides catho/
lica tenet · magnū q̄d ē. Nō enī ſimpliciter
ꝯtradicūt ſcripturę et fidei · ſꝫ tn̄ nō firmiť
credūt · Et tales ſi ſic decedūt damnabūť ·
qꝛ fides chriſtiana debet eē̄ fortis ī homīe
vt ſi etiā angelus de cęlo deſcēderet ⁊ aliā
fidem p̄dicaret · ſibi credendū non eſſet · vt
ptꝫ p apoſtolū. Gal. p̄. Sꝫ hoc nō eſt itel/
ligendū de his q̄ tēptanť cū amaritudine
cordis de fide · tales enī reſiſtere debent · qꝛ
ſm̄ Greg · in paſto · humanum eſt ī corde
temptationē ppeti · demoniacū vero ē īter
tēptatiōes ſupari. Vn̄ grit. Si quis tpe
antichriſti vł alias ī pſecutione fidei fidē
ſeruaret in corde · ſꝫ ꝓpter timorem mortis
vel amiſſionē rerū tpalium ore cōſentiret
hereticis · vel interrogatus obticeret fideꝫ
ꝓpter iſtum timorē iam dictum: an talis q̄
ſtat in tali ꝓpoſito ſit in via ſalutꝭ. Rn̄deť
ꝙ non · qꝛ chriſtianus qui eſt in via ſalutꝭ ·
non ſolum debet habere fidem in corde · ſꝫ
etiaꝫ profiteri ore. Vnde Apl's ad Ro. x.
Corde crediť ad iuſticiam ore aūt cōfeſſio
fit ad ſalutē. Ergo qui fidē ſeruare volūt
in corde ⁊ non audēt ore ꝓfiteri · tales ſine
dubio ſtant in ſtatu damnatorum. Et in
ſignū hui⁹ ꝯfirmationis ſacramentū dať
in frontib⁹ · vt q̄libet chriſtian⁹ libere au/
deat nomen chriſti nomīare ⁊ ꝯfiteri · etiā
ſi ꝓpterea deberet om̄ib⁹ reb⁹ tpalib⁹ ſpo/
liari · ⁊ quod magis ē · etiā ſi deberet mori ·
Et maxīe illa q̄ ſunt de neceſſitate fidei · et
ꝯcernunt honorē dei · ⁊ ſalutē ꝓximi. Vn̄
dr̄ in decre · Cōſtantia debet eſſe tanta · vt
pri⁹ auferať vita q̄ꝫ fides. xxiij. q. viij. Cō/
uenior. **Scd̄i** ſunt q̄ articulos fidei ad/
diſcere negligūt · cū poſſunt ⁊ debeant eos
ſcire · Quilibet enī chriſtian⁹ cum ad ān̄os
diſcretionis pueṅerit · tenetur addiſcere ⁊
ſcire ſymbolū apoſtoloꝝ · niſi eſſet īpoſſibi
litas ingenij · ſic ꝙ nullo modo addiſcere
poſſet. Ergo quicunqꝫ articulos fidei fri/
uole ⁊ ex contēptu addiſcere nollet cū ad/
diſcere poſſet · peccaret mortaliter. Vnde
dr̄ in decre. Paruuli facti adulti · tenenť

ad fidē quā p eis ſpoponderūt · offerētes
eos ad baptiſmū · ⁊ illi debent eos docere
ſymbolū ⁊ orōnem dn̄icā · de ꝯſe · diſ. iiij.
Vos an̄ om̄ia. **Tertij** ſunt q̄ p̄ſūptuoſe
fideꝫ perſcrutari volunt · ⁊ nil credere · niſi
qd̄ eis poſſit rōne liquida demonſtrari · q̄
plerūqꝫ ī errorem labunť · ⁊ tales mortaliť
peccātꝭ · ⁊ meritū fidei pdūt · qꝛ ſm̄ Greg ·
fides nō habet meritū. vbi humana ratio
p̄bet expimentū. Impoſſibile ē enī fidē p
rōnem ſcrutari. Vn̄ Greg⁹. in Omel. Fi/
des eſt eaꝝ reꝝ q̄ apparere nō poſſunt · q̄ enī
apparent fidem nō habēt · ſꝫ cognitionem.
**Quarti** ſunt qui tp̄s ⁊ dies ęgyptiacos
obſeruāt. ¶ **Item** q̄ritur vtꝝ liceat aliq̄n̄ tp̄s obſeruare: Rn̄deť ſi tp̄s obſeruet in h
his actib⁹ q̄ depēdēt a cauſa naturali · pu
to ab influentia planetaꝝ ⁊ curſu ſiderum
ſicut potionis ſumpto ī medicinalibus · et
agroꝝ ſeminatio · arboꝝ plātatio · ⁊ ſic de
alijs · hoc nō ē idolatrię · ſꝫ ſagacitatꝭ ⁊ pru/
dentię · ⁊ nullū peccatuꝫ ē. Si vero obſer/
uenť tpa ⁊ dies ī alijs actib⁹ q̄ ſolū depen/
dent a libero arbitrio hoīs · puta mer/
catio · vxoris ductio · herbarū collectio · et
ſic de alijs ſimilib⁹: In talibus obſeruare
tpūs ⁊ dies ęgyptiacos ē peccatū mortale
Vn̄ dr̄ in decre. xxvi. q. v. Nō licet chri/
ſtiano elemēta colere · nec lunę · nec ſtellaꝝ
curſum obſeruare · in ꝯiugijs ſociandis · ī
herbis colligēdis · nec incantationes licet
attēdere · q̄ rep̄henſibiliter peccāt q̄ ī nocte
natiuitatis chriſti et Iohis baptiſtę incā/
tationes ſuas faciūt. Pro quo ſciendum
ꝙ quotienſcūqꝫ ꝯtingit aliquē chriſtianū
aliquo ire vel aliqd̄ opus inchoare primo
ſigno crucis debet ſe munire · ⁊ dn̄icā ora/
tionē ⁊ ſymbolū dicere: Et ſic de adiuto/
rio dei cōfidere ꝙ ſibi ꝓſperabiť in his q̄
ſibi ad ſalutē ſuaꝫ ptinent. Vnde Aug⁹.
Om̄is dies bona ē · qꝛ ſicut deus primam
diem fecit · ſic ſcd̄aꝫ ⁊ tertiā ⁊ cęteros fecit ·
ergo null⁹ obſeruet qua die ꝺ domo exeat
vel aliquod opus inchoet. In contrariū
faciūt illi q̄ obſeruāt diē innocentū et ali/
os plures dies eē̄ ęgyptiacos. Vn̄ Aug⁹.
Nō obſeruetis dies ęgyptiacos. **Quīti**

ſunt q̇ obſeruāt ſomnia ⁊ q̇ ſeruant augu-
ria. Cōtra quos dī Leuiꝗ. xix. Nō augu-
riabimini· neqꝫ obſerue tis ſomnia. Nam
ſomnia qn̄qꝫ accidūt naturaliter· qn̄qꝫ ex
p̄cedētibꝫ cogitationibꝫ et occupationibꝫ
Vn̄ Salo. Multas curas ſequūt̄ ſōnia.
Et q̄ſi frequēter accidūt ex illuſione dia-
bolica. Vn̄ dī ī decre. Somniū decepto-
rium qn̄qꝫ demones immittūt. xxvi. q. iiij.
ſciendū. Itē q̇ volūt exponere ſomnia· illi
dupliciter peccāt. Primo in h̄ ꝙ putant
ſomnia eſſe vera. Sc̄do ꝙ alios informāt
Vn̄ chriſtian⁹ nō debet ſomnia curare· ſꝫ
omnia deo cōmittere. Vn̄ Cato Som-
nia ne cures· nam fallunt ſomnia plures.
Sexti ſunt q̇ p ferrū candēs· vel aquam
bulliētē vl̄ duellū tēptant deū qd̄ ē g̃uiter
I p̄hibitū. Septimi ſūt q̇ ad phitoniſ-
ſas accedūt· ⁊ q̄dam occulta ab eis req̇rūt
ſcꝫ furta ⁊ hmōi· qd̄ ſtricte p̄hibitū eſt· vt
ptꝫ. xxvi. q. v. nō liceat. Ubi dī ꝙ q̇ tali-
bus credūt· q̇ ad īterrogandū eas domus
eaꝝ ītroeunt· aut ad ſuas ꝓprias domos
introducūt· ſcient ſe fidē ⁊ baptiſmū p̄ua-
ricaſſe· ac paganū ⁊ apoſtatā et dei inimi-
cum eſſe· et iram dei in ꝑpetuum grauiter
meruiſſe. Et nota ꝙ om̄es q̇ ad tales phi-
toniſſas accedūt mortaliter peccāt· qꝛ nō
licet ꝯſilium a diabolo querere qꝛ ē noſter
mortal̄ inimicus· ⁊ ſemꝑ habet malaꝫ vo-
lūtatē cōtra nos· qnō impediat nos a ſa-
lute nr̄a. Et inſuꝑ nō credēduꝫ ē· qꝛ dia-
bolus q̇ p eas loquit̄· ſcḋm dictum chriſti in
euāgelio Ioh. viij. mendax ē ⁊ pater eius
Et p h̄ nitit̄ multotiēs innocētes diffama-
re· qꝛ ſunt ſibi magis ꝯtrarij. Vn̄ exēplū.
Quidam comes ī vna ciuitate ſui domi-
nij habuit talem phitoniſſam· q̄ occulta ⁊
ſecreta manifeſtabat· ad quam acceſſit tē-
ptans eam· ⁊ queſiuit ab ea de duobꝫ eq̇s
dicēs eos ſibi eſſe furatos· ⁊ ipſa indicauit
ei vbi et q̊ veniſſent. Et comes. O q̄ꝫ grā-
de et mentita es· et illos de q̇bus dicis in-
nocenter inculpas· qꝛ equos adhuc in ſta-
bulo meo habeo. Octaui ſunt q̇ p̄ſagiū
vel fatum tenēt· ⁊ tales g̃uiter peccāt. Di-
cunt enī qn̄ homo male morit̄· ſine ſuſpē-
datur· ſiue cōburatur· ſic oportuit fieri· qꝛ
de⁹ ſic voluit ⁊ ſic ordinauit· ⁊ in tali hora
natus eſt ꝙ talia facere ⁊ ſic pati debuit·
Hoc ē ꝯ honorē dei loq̇· qꝛ de⁹ ē ſumme
bonus· ⁊ nō vult niſi bonū. Unde Apl̄s.
Hec eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra·
Ergo aſcribi debet ꝓprię malitię homīs·
⁊ nō ordinationi diuinę. Vn̄ tales q̇ hoc
credūt et dicunt· deū grauiter offendunt.
De hoc quęre ī ſermone. xxi. S. Noni
ſūt qui auguriū obſeruāt· quod auguriuꝫ
oſtēdit̄ in geſtu ⁊ cantu ac volatu auium.
Verbi grā. Qn̄ gallina cātat· ⁊ canis la-
trat· ⁊ corui ſuꝑ domuꝫ ſe locant· ⁊ lepus
vel lup⁹ p viā currit· ⁊ cucul⁹ clamat· ⁊ ſic
de alijs· q̄ omnia ſunt vana ⁊ ſupſticioſa.
Decimi ſunt qui falſificant fidem· qui K
necromantiā exercent· quę fit per mortu-
os ſuſcitatos. Sed iſta necromantia non
eſt apud vulgares homines vſitata· ergo
de ea in p̄ſenti nō loquimur. Sciendū tn̄
ꝙ circa mortuos plures homines plures
vanitates attēdūt. Primo enī dicunt ꝙ
qn̄ agonizans ſudorē emittit ꝙ ſit baptiſ-
mus. Quia ſicut ī ingreſſu eſt baptizatus
ſic in egreſſu exudat eundem baptiſmum
quod eſt erroneum. Item aliqui dicūt ꝙ
aīa recedens a corꝑe non habeat requiem
donec ei pulſatū fuerit. Item aliqui dicūt
interim ꝙ fit pulſus cuꝫ campanis anima
confiteatur. Item aliqui dicunt ꝙ anima
egreſſa a corꝑe· tunc prima nocte p̄nocta-
bit cum beata virgine· alij cuꝫ beata ger-
drude· ſc̄da cum archāgelo michaele· ter-
tia nocte vadit ſcḋm ꝙ diffinitum eſt de ea
qd̄ ē erroneū. Vn̄ de peccatoribꝫ dī Iob.
xxi. Ducūt ī bonis dies ſuos· ⁊ in puncto
ad infernū deſcēdūt. Simile dicendū eſt
d̄ bonis ⁊ ꝑfectis ⁊ innocētibꝫ· ꝙ īmedia-
te volāt ad celū· ſed qui ſunt mediocriter
boni immediate ducūt̄ ad purgatorium.
Item aliqui dicunt ꝙ ſabbato de ſero aīę
exeant de purgatorio et requiem habeant
vſqꝫ ad ſecūdam feriam ⁊ tūc reintrabunt
cuꝫ aliquis p̄mo ceperit laborare. Et ex h̄
volūt inferre· ꝙ ſit peccatū feria ſc̄da ma-
ne ſurgere ⁊ laborare. Sed q̇ ſabbato diu

laborant de nocte hoc ꝓ nullo reputant·
cuiꝰ oppoſitū veꝝ ē· Nā autē aīe nō exibūt
de purgatorio añ plenariā purgationem
oſtēdit. Matth.v. Nō exibis inde donec
reddas nouiſſimū quadrantē. Vñ etiam
Humber· Neq̄q̄ꝫ facies dei videt ab aliq̄
donec ꝑ pœnā venialiū peccatoꝝ q̄drans
minimus pſoluat. Itē aliq̄ exercēt ſupſti-
tionē cum acu q̄ cadauer mortuū ē pſutū.
L Undecimi ſunt q̄ volūt frangere libeꝝ
arbitriū· vt illi q̄ volūt facere illicitū amo-
rem vel odiū īter hoīes. Vñ aliq̄ dicunt:
Ille eſt deceptus· ipſa fecit ſibi ꝙ non pōt
ab ea ſeparī. Sed reſpondeo ꝙ eſt mala
pſuetudo ⁊ ꝓpria voluntas ipſius hoīs
Naꝫ nullus hominū nec oēs demones
poſſunt frangere libeꝝ arbitriū hominis·
vt d̾ neceſſitate eum opteat aliq̄d malum
facere. Vñ Augꝰ· ⁊ ponit etiam in decre·
Peccatum adeo voluntariū eſt· ꝙ nullo
modo eſſet peccatū· niſi eſſet volūtarium·
xv.q.i.c.i. Unde q̄libet cuꝫ dei adiutorio
pōt huic tēptatiōi reſiſtere. Apl̄s. Oīa
poſſuꝫ ī eo q̄ me pfortat. Duodecimi
ſūt q̄ circa ſortes ⁊ circa varias inſpectio-
nes pſalmoꝝ euangelioꝝ· ⁊ aliaꝝ ſcriptu-
raꝝ futura ꝑnoſticare volūt. Itē q̄ ponūt
cumulū ſalis et cedulas ſcriptas vel non
ſcriptas in occulto repoſitas dū cōſiderat
quam q̄s accipiat· vel ex veſtucis inequa-
libus ꝓpoſitis quis maioreꝫ vel minorem
accipiat· vel ex taxillorum proiectione· in
libro qui vocatur liber ſortium· vel etiam
conſiderando quid apto libro ſibi primo
occurrat· ⁊ ſic de alijs. Unde dr̄ in decre·
Futura nō ſunt inquirēda ex inſpectione
q̄rūcunq̄ ſcripturaꝝ.xxvi.q.v. Aliquāti.
M Tredecimi ſunt q̄ lunam adorāt· ſicut
hodie plures hoīes inueniunt· qui cum
nouiluniū viderint adorant flexis genibꝰ
et depoſito caputio aut pileo et capite in-
clinato honorāt ſuſpiciendo ⁊ alloquēdo
imo plures illo die ieiunāt in honore no-
uilunij· ſiue ſit dies dñica· ī qua ſcd̄m ordi-
nationē eccl'ie non ē ieiunandū· ꝓpt chriſti
reſurrectionē ⁊ letitiā· ſiue etiā quacunq̄ꝫ
alia die cū viderint nouiluniū exortum· q̄

oīa habent ſpeciem idolatrie ab idola-
tris relictā. De q̄bꝰ dr̄ Hiere.vij. ꝙ fece-
runt placētas regine celi· ſ· lune offerēdo
eas ei. Itē aliq̄ venerant ſolem. Exemplū
de vna vetula q̄ credidit ſolem eſſe deam·
vocans eam dominaꝫ ſanctā· ⁊ aliq̄n ſolē
benedixit cuꝫ certis verbis ⁊ cum quadam
obſeruantia ſupſticioſa· q̄ dixit ſe pluſq̄ꝫ
xl. annis h' credidiſſe· ⁊ multas per h' infir-
mitates curaſſe. Sed cōpuncta tandeꝫ in
quodā ſermone cognoſcēs creatorē ſuum
reſipuit· ⁊ ſic amplius ſeruiuit creatori ſuo
et pœnituit. Item reprehendunt homines
qui ſtulta vota ꝓmittunt et eis fidem ad-
hibent· Verbi gr̄a. Unde illi qui cācros
nō comedūt propter oculos· ⁊ credunt ꝙ
oculi remaneāt ī eadem ſanitate ſicut tunc
fuerant illa hora q̄n vouerūt illud. Item
abſtinentes a capitibus aīalium ⁊ volucꝝ
⁊ piſcium· ne capite infirmentur. Iteꝫ qui
in quinta feria quattuor temporū nolunt
comedere carnes· ⁊ credunt ꝙ peſtilentiaꝫ
ꝓpter hoc poſſint euadere. Iteꝫ qui tertia
feria non intrant balneum· et dicunt ꝙ h'
valet cōtra febres. Iteꝫ incendentes lumi-
na ſancti Blaſij conſecrata ⁊ cuꝫ his mē-
ſurantes vel etiam cum ſtola contra fan-
taſmata. vel cruces faciunt cum palmis
conſecratis tempore quo legit paſſio ⁊ nō
alio die· vel etiaꝫ qui palmā conſecratam
glutiūt. Itē q̄ ſabbato nō ꝑſcindūt crines
nec caput lauāt· nec balneū intrant. Item
alique mulieres que illo die non filāt· nec
fimum de ſtabulo exportant· et ſic d̾ alijs
Cum ſcd̄m Hoſtieñ. Sabbatis diebꝰ de-
bemꝰ plus labore· ne nos chriſtiani vide-
amur iudeiçare. Iteꝫ qui in natiuitate vl'
in die paſce uel pentecoſtes abſtinēt a car-
nibus· et quia talia vota ꝓut frequenter
ſunt ſupſticioſa· ergo tales homines ꝓpo-
nere debent confeſſoribus ſuis vl' alijs ſa-
cerdotibus diſcretis ⁊ litteratꝫ· intētiones
ac fideꝫ ⁊ cauſas qualia vouerūt· ⁊ quare
talia vouerūt· eoꝝ iudicio reliquēdo· vtꝝ
debeāt ea ſeruare vl' ī meliora oꝑa cōmuta-
re. Quartidecimi ſūt qui cū mulieri- N
bus ꝑgnantibꝰ et ꝑientibus ſupſtitiones

exercent. Verbi grã. Sicut q̃ mulierẽ cuꝫ
difficultate pientẽ circũcingũt cingulo vi-
ri. vt eo leui⁹ pariat. Itẽ q̇ dicunt mulieres
moriẽtes ĩ ptu vel puerperio nõ poſſe cla-
re faciẽ dei videre. ſed p velamẽ. Et dicũt
ꝙ mulierib⁹ nocet ꝙ ĩ ptu piclitent̃. qđ eſt
falſũ. niſi eſſent culpabiles ꝙ aborſum pa-
rerẽt. Puero enĩ ſic moriẽti ĩ vtero nocet
qꝛ nunꝙ̃ videbit faciẽ dei. Item aliq̇ ſim-
plices dicunt ꝙ puer q̇ morit̃ ſine baptiſ-
mo. ille morit̃ ſine aĩa. qđ eſt falſũ. qꝛ puer
q̇ viuit ĩ vtero matris hꝫ aĩam. Aĩa enim
dat vitaꝫ corpi. Et ſi morit̃ añ baptiſmũ
tunc aĩa illi⁹ pueri deſcẽdit ad lymbũ pue-
rorũ. ⁊ ibi nõ habebit pẽnã ſenſus. qꝛ non
eſuriũt neqꝫ ſitiũt. neqꝫ frig⁹ patiuntur. et
ſic de alijs paſſionib⁹ ⁊ pẽnis ſenſus. Sꝫ ha-
bebit pẽnã damni. i. ꝙ eternaliter carebit
dei viſione. Ergo dicendum eſt ille puer
obijt ſine ſacramẽto baptiſmi. ⁊ nõ ſic. ille
puer morit̃ ſine aĩa. quia ſi moritur vtiqꝫ
habuit aĩaꝫ. Item q̇ mulieres faciũt ſteri-
les. illi tot homicidiorꝫ rei eſſe videt̃. quot
ↄcept⁹ conati ſũt impedire. Itẽ q̇ occidũt
pueros in vtero matris ſcienter. ſicut ille
meretrices que gerunt ſe p virginib⁹. tales
cum impregnate fuerint fetus in vtero oc-
cidũt: Ve eis ⁊ etiam illis antiquis vetu-
lis que dant talibus auxilium ⁊ ↄſiliũ ad
occidendũ tales pueros in vtero matris.
qđ ẽ maximum peccatuꝫ. qꝛ aliquo modo
excupat homicidiũ cuiuſcũqꝫ chriſtiani ba-
ptiçati. Et rõ ẽ. qꝛ ĩ puero iſto occidit̃ aĩa
cũ corpe. Sꝫ in hoĩe baptiçato ſolũ corp⁹
occidit̃. Vñ Aug⁹. Maius periculum ac
dãnũ eſt in amiſſione vni⁹ aĩe q̃ꝫ mille cor-
porꝫ. Itẽ q̇ cum gladio euaginato benedi-
cunt mulieres ĩ puerperio. ⁊ exufflant can-
delam incenſam ĩ faciem ei⁹. qđ omnino ẽ
ſupſticioſum. Itẽ alique ponunt ſcobam
infra ſtramina vbi mulier iacet ĩ puerpio.
Itẽ alique ponũt pueros ante baptiſmũ
infra ſcamnũ. q̃ omnia ſũt vana ⁊ ſupſti-
cioſa. ⁊ religioni chriſtiane ↄtraria. Qui-
decimi ſunt q̇ litteras circa ſe ponũt vel
portant. ⁊ taleꝫ fidem adhibent illis litteris
vel orationib⁹ in eiſdeꝫ ſcriptis. ꝙ quãdo
inſpiciũt vel orant. vel circa ſe portãt. cre-
dunt ꝙ nõ poſſunt comburi. vl̃ ſubmergi
vl̃ vulnerari. Itẽ q̇ ſcribunt litteras ↄtra
dolorẽ dentiũ vel oculorꝫ. vel aliarꝫ infir-
mitatũ. oĩes tales grauiter peccãt. et ſilr̃
q̇ portant ⁊ q̇ docẽt. Itẽ lr̃a di lõgitudo
chriſti reprobat̃. qꝛ in ea ſcribunt̃ nomina
incognita. ⁊ etiaꝫ omnes littere q̃ tenẽt ꝙ
q̇cunqꝫ circa ſe portauerit eaſdem nõ poſ-
ſit comburi vl̃ alias periclitari. ⁊ ſingula-
riter in quibus hoc etiam ſcribitur de pre-
gnantibus. quia omnia ſunt ſuperſticioſa
Sedecimi ſũt q̇ carminãt homines vl̃
pecora ſenes vel iuuenes. Et hoc fit multi-
plicit̃. Primo caput infirmi hoĩs cingũt
⁊ menſurant cum cingulo ꝓprio. ⁊ tũc po-
nũt cingulum ſub pedibus eius. ⁊ infirm⁹
dicit. melius te calco q̃ꝫ porto. Item ocu-
los benedicunt. ⁊ ſic cum manu terrã tan-
gunt. ⁊ cum tali manu oculos infirmi cõ-
tingũt. aliq̃ verba ſcꝫ ſupſticioſa addẽtes
Item aliqui lauant oculos ex lotiõe pedũ
quod eſt oculis magis nociuũ q̃ꝫ ꝓficuum
Iteꝫ aliquos infirmos ponũt ad terrã ad
modũ crucis ⁊ cuꝫ filo eos mẽſurãt. ⁊ tale
filum comburũt. ⁊ cinerẽ dant infirmo ad
potandum cuꝫ aqua q̃ eſt tacendo allata
Item quidam ſuperſticioſe quoſdam per
aquam fluidam ducunt. Item aliq̇ qñqꝫ
vertunt ſe contra ortum ſolis. Item q̇daꝫ
ducunt quoſdam infirmos ad arbores et
faciunt eos quaſſare arborem. Item q̇daꝫ
carminant equos vel alia animalia cũ de
mane ad paſcua vadũt ne a lupis ledant̃.
quod eſt diabolicũ. Vnde legit̃ exemplũ
ꝙ quidã deuotus homo pgens ad ſiluã.
vidit diabolũ in ſpecie humana cuſtodire
porcos. et fuit in autumno cum porci pel-
luntur ad ſiluam. et comedunt glandes.
Quẽ iſte deuotus heremita interrogauit
q̇d ibi faceret. Et ipſe reſpõdit: Cuſtodio
iſtos porcos ne a lupis et feris deuorẽtur
quia carminatrices carminauerũt eos. vt
ergo illis carminibus fides adhibeatur. ⁊
hoĩes iſti ĩ iſto errore pmaneãt. ideo illos
cum diligentia cuſtodio. Itẽ incãtatores
ſerpentum et eos carminantes. Itẽ et qui

gladios ne eos ledere poſſit carminiçant. Itē q̄ ſanguinē ꝛ vulnera carminiçant cū homo cruētat ꝛ vulneratꝰ ē vel leſus. Itē q̄ canes ꝛ lupos cū vulnerib9 chriſti carminiçant. Ite3 q̄ inimicos ꝛ alios q̄ damna intulerunt ne poſſint limites terre ſue vel ſepta locoꝝ exire carminiçant. Itē q̄ amicos ꝯſāguineos vel alios dilectos bellū ineuntes vel iter ꝑegrinationis arripientes carminiçāt. Itē q̄dā dicūt ꝙ beata virgo Maria Iohānem euāgeliſtā carminauit cū ſemel caput ſuū doluit. qđ falſiſſimū ē. Et ſic volūt ex h̄ inferre ꝙ licitū ſit carminare. et ſic conant̄ ſe excuſare et defendere cū falſitate. vt poſſint ī peccatꝭ ſuis manere. Sciēdū ꝙ oīes iſti q̄ ſic carminant alios vel ſe ꝑmittūt carminare vel ſuos pueros portāt ad carminatrices grauiter peccant maxīe qñ antea ſūt moniti. nec tñ deſiſtere volūt. Nō etiā ꝙ talia carmina nō habent efficaciā ſanādi. qꝛ ſanare hoīe3 ſine medicina ē miraculū. qđ cōuenit ſoli deo ꝛ ſanctis q̄ ex diuina opatione h̄ impetrāt hominib9 ꝙ ſine medicaminib9 curant̄ vl̄ ſanant̄. Tūc q̄rit̄ quare tunc vident̄ talia qñq3 iuuare. Rñdet̄ ꝙ h̄ fit principaliter ꝓpter firmā fidē quā hoīes habēt ad talia carmina. et ad tales carminatrices. qꝛ tūc deus ꝑmittit aliqñ ꝙ homini videant̄ qñq3 iuuare cū tñ de ſe nullā efficaciā habeant. Vñ di in decre. Carmia vel ſortilegia nihil ꝓſtant infirmātib9. xxvi. q. vij. Admoneāt. Si enī nō adhiberēt fidem et fiduciā ad talia. tūc nil iuuarēt. Et q̄cūq3 talib9 carminibus credūt ꝛ ꝯfidūt. ꝛ a deo recedūt cū fiducia cordis ſui. incidūt ī maledictionem dei. Hiere. xvij. Maledictus homo q̄ cōfidit ī homine. ꝛ ponit carnem brachiū ſuū. Glo. i. irrefragibiliter a deo recedit cor eius. Decimiſeptimi ſūt q̄ ſortilegia cū ſacramētis exercent. ut qñq3 cum baptiſmo. ꝛ quādoq3 cū ſacramento eucharıſtie. Itē aliqui ſimplices ex q̄dam ſimplicitate adorant calicem ī eleuatione miſſe tanq3 ibi ſit ſepulcrum chriſti et non ſacramētū. De h̄ q̄re infra ſermōe. lxxx. T

P ¶ Decimioctaui dicūt ꝙ aliqui hoīes eis in nocte appareāt. ꝛ q̄ſi inter opprimendū ponāt ſe ſuꝑ eos. h̄ falſum ē. qꝛ ē ꝑpuꝰ ſanguis in hoīe. Et h̄ ex eo apparet. qꝛ vt frequēter ꝯtingit qñ homo dure iacet ꝛ in dorſo vel ſiniſtro latere. et q̄ꝫcito ſe vertit tūc nil ampliꝰ apparet. Itē aliqui dicunt ꝙ qñ ſonitū audiūt in ſiniſtra aure ſit ſignū ꝙ aliqui detrahant illis. h̄ ſi ſentiunt ī dextra aure tūc credunt ꝙ aliqui loquātur bona de eis. Itē aliqui qñq3 ſentiunt puſtulas in lingua ꝛ dicunt aliquos mentiendo detraxiſſe eis. Deciminoni ſūt qui credūt ꝙ Diana q̄ vulgariter dicitur vnhold. vel frouge berthe. vel die ſaligen frougē. cū exercitu ſuo de nocte ambulēt ꝑ multa ſpacia. Itē aliq̄ de nocte ꝑparāt mēſam ꝛ vaſa diſcooꝑiunt. vt manes debeant illa replere. ꝛ ipſis homib9 fortuniū ꝓbere. ꝛ ſic ſacrificant māmone. vt diuites fiant. Item aliq̄ dicūt ꝙ de nocte equitēt equos ſuos. et portāt pueros ſuper tectū. Viceſimi ſūt qui ſciūt chiromantiam. ꝛ ſunt illi qui manum hominis ab intra inſpiciunt. ꝛ ibi per quandā crucem ī manu exiſtentem cognoſcere volūt. q̄ꝫcito talis homo mori debeat. Item aliqui inſpiciūt vngues hominis. ꝛ ſic cognoſcere volunt vtrū aliq̄d nouitatis illi homini ꝯtingat. Viceſimiprimi ſunt qui cu3 ſimul in matrimonio ꝯueniūt. ꝛ q̄ primus obdormiat ꝙ ꝛ illum citius mori cōtingat. Viceſimiſecundi ſunt q̄ credunt qñ ipſis de mane vna vetula veniat obuiā ꝙ illa die nō habebūt fortuniū. ꝛ tales cū ꝓpoſito faciūt ſibi pueꝝ obuiam venire. quādo aliqđ arduum opus volūt incboare. Itē aliq̄ credūt ꝙ ſi emāt equos a presbyteris vel religioſis ꝙ tūc non habebūt fortuniū cu3 illis. Item aliqui credunt ꝙ ſi de mane ſurgant in ſiniſtro latere. vel etiam ſiniſtrum calceum primitus arripiāt. vl̄ etia3 tunica3 indirecte induant ꝙ illa ſint ſigna infortunij. Viceſimitertij ſunt qui ſpem ſuam totaliter nō ponūt ī ipſū deū. h̄ in aliquod creatū. Pro quo ſciendū ꝙ ſpes eſt duplex. ſc3 ſpes ſalutis ꝛ ſpes auxilij. Spes ſalutis ſolūmodo ponenda eſt

in deū. Sꝫ ſpes auxilij ponēda ē ī beataꝫ virginē mariā ⁊ ī ſanctos ⁊ ī bonos hoīes q̇ poſſunt nos iuuare ītercedēdo ꝓ nobis
N ad deū. **Uiceſimiquarti** ſūt q̇ aliq̇d eq̄liter deo ⁊ aliq̇d ſupra deū diligūt ⁊ h̄ idēꝫ erit eoꝝ de⁹. Aug⁹. Hoc qđ ab hoīe plus colit̄ ꝓ ceteris plus diligit̄. Circa qđ ſciēdū ꝙ ſicut pagani diu̾ſos colebāt de-os ſic iā chriſtiani diu̾ſos colūt deos. Nā ſup̄b⁹ colit ꝓ deo vanā gloriā. Quicūꝫ enī pl⁹ diligit ⁊ maiorē cōplacentiaꝫ hꝫ in ornatu ⁊ pulcritudine corp̄is ſui q̄ꝫ ī deo ⁊ oīm̄ꝫ ſollicitudinē ſuā ordinat ī hūc finē quō exaltari ⁊ honorari ī p̄ſnti vita poſſit ⁊ quō poſſit placere huic mūdo ī verbis moribꝫ ⁊ geſtis plus q̄ꝫ deo talis vanam gliaꝫ colit. Itē cupidus pecuniā ꝓ deo colit. Nā auar⁹ poti⁹ delectat̄ audire d̾ tp̄alib⁹ q̄ꝫ de ſpūalib⁹ et poti⁹ videret florenū q̄ꝫ ſacramētū ⁊ remoti⁹ vadit ad nūdinas q̄ꝫ ad indulgētias ⁊ plura ardua ſuſtinet ꝓ tēporali lucro q̄ꝫ vllo modo ſuſtineret ꝓ deo. Hoc manifeſte ptꝫ ī illꝫ q̇ ī dieb⁹ ferialibus ꝓ tp̄ali lucro adquirēdo mane ſurgunt. Sꝫ in dieb⁹ feſtiuis in q̇b⁹ lucꝝ aīe q̄rendū eſt diu dormiunt ⁊ ſic ſeruitiū dei ⁊ ſalutē aīe negligūt. Itē guloſus vētris ingluuiem pro deo colit. Unde Ap̄ls ad Phil. iij. Quoꝝ de⁹ vēter ē. Item luxurioſus ex̄ matrimoniū peccās voluptates carnis p̄ponit deo marie ⁊ oīb⁹ ſanctis. Itē aliqui p̄ponūt deo ⁊ colūt ꝓ deo vxores ꝓprias pueros dom⁹ pulcras agros pecunias veſtes ⁊ ſic d̾ alijs. Unū Hiero⁹. Quodcunq̄ꝫ vnuſquiſq̄ꝫ ſupra deum vel eq̄liter deo diligit h̄ ſibi ꝓ deo p̄ſtituit.

## In dn̄ica tertia quadrageſime. Sermo xlij. De iuramentis.

Erat ieſus eijciens demoniū ⁊ illud erat mutum. Luc. xi. Matth. xij. Iohānes de geminiano. Videm⁹ naturaliter ꝙ lux habet expellere tenebras. Chriſtus aūt ē lux vt habet̄. Ioh. viij. Ego ſum lux mundi dicit chriſt⁹ ⁊ tenebre ſūt demones igitur ſicut lux expellit tenebras a corp̄alib⁹ ſic chriſt⁹ demones expellit ab hoīb⁹. Unū di: Erat ieſus eijciens demonium ⁊ illud erat mutū. Unū in p̄ſenti ſermone tria ſūt dicēda. Primo q̄re p̄mittat de⁹ diabolū intrare in corp̄a humana. Scđo de iuramētis q̄ fiūt ꝯtra ſcđm p̄ceptuꝫ ⁊ in q̇bus caſib⁹ ē licitū iurare. Tertio ponā exemplū.
**Quantū** ad primū ē ſciendum ꝙ deus ꝓpter q̇nq̄ꝫ cauſas p̄mittit demones ītrare corp̄a humana ⁊ ea vexare. **Primo** pōt h̄ accidere rōne ſup̄bie et enormitatis cuiuſcūq̄ꝫ peccati vt ptꝫ de Saul d̾ quo habet̄ j. Reg. xv. ad quē dn̄s dixit: Cuꝫ eſſes p̄uulus ī oculis tuis ꝯſtitui te regem ſup̄ populū meū iſrael. Sꝫ poſtmodū ſuperbus ⁊ inobediens fuit voci dn̄i ⁊ ideo nō ſolū abiectus fuit a regno ſꝫ etiā ſpiritui maligno tradit⁹ q̇ eū exagitauit ꝓpter peccata ſua. Item legitur de quodā begchardo qui begchardūꝫ alium petiuit vt ſufflaret in eum ſpiritumſanctum vt etiaꝫ ſciret dulciter ⁊ affabiliter loqui corā hominibus ut ſic ab hominib⁹ honoraretur ⁊ ſic in ſufflando accepit demoniū ꝓ ſpiritu ſancto. ergo q̄n nimis ſuperbe ſe ornat quis cauſa alliciēdi quenq̄ꝫ vel ſuperbiendi ex p̄miſſione diuina talis ſup̄b⁹ q̄nq̄ꝫ poſſidetur a diabolo qꝛ oēs ſup̄bi ſunt ſub dominio diaboli. Iob. xlj. Ipſe ē rex ſup̄ omnes filios ſuperbie. **Secundo** h̄ accidit ex miſericordia et bonitate diuina ⁊ ſic q̄nq̄ꝫ contingit bonis hoīb⁹ ꝓpter ſua peccata que deus ex ſua m̄ia h̄ punit ⁊ p̄mittit ꝙ a diabolo poſſideātur. Ut patꝫ in collationibus patꝝ d̾ abbate moyſi q̇ ꝯtra beatum Macharium ī modico verbo ex ſua opinione quedam dura verba protulit queꝫ demon ſtatim arripiens vexauit ⁊ poſtmodū ꝑ orationē beati Macharij liberat⁹ fuit. Item ſcribit beat⁹ Greg⁹ in dialogo ꝙ quedā virgo lactucā ſine ſigno crucis comedit ⁊ ſic diabol⁹ eā intrauit. Item etiam legitur ꝙ quidam ꝯuerſus bibit vinum ſine licentia ſup̄ioris ⁊ ſigno crucis nō adhibito et ſic diabolum cū vino bibit. Et iſta tn̄ non ſunt

R S

niſi venialia peccata. Sic de⁹ ex ſua boni-
tate punit talia hic i p̄ſenti ꝓpter bonū illoꝝ
deuotoꝝ hoīuȝ. Apl's. Scimus qm̄ dili-
gētib⁹ deū oīa coopant̄ i bonū. ergo. s.
Tho. ⁊ Bonauē. dicunt ꝙ qn̄ꝗ hō poſſi-
detur a diabolo ad peccati punitionem.
T ¶ Tertio qn̄ꝗ accidit ꝓpt̄ maledictionē
quaȝ qn̄ꝗ optat vel impcat̄ quis alteri vel
etiā qn̄ꝗ ſibiipſi. Unde legit̄ ꝙ filia cu-
iuſdam mulieris ex ira noluit comedere. ⁊
mater coegit eā. Que dixit ad matrē: Co-
medam ī noīe diaboli. ⁊ imediate obſeſſa
fuit. Itē legit̄ in dialo. ceſarij. ꝙ quidam
marit⁹ dixit vxori ſue ex ira: Uade ī noīe
diaboli. ⁊ ſic īmediate diabol⁹ītrauit eā.
¶ Quarto ſm̄ Bonauē. de⁹ permittit h̄
fieri ad noſtrā eruditionē vt terream̄ deuȝ
ſciēter offendere. Ergo qn̄ ſupb⁹ hō videt
vel audit illū ꝓpter ſuā ſupbiaȝ obſeſſum
terreri ⁊ humiliari debet coraȝ deo. ne for-
taſſis ſibi cras h̄ eueniat quod hodie huic
accidit. Similit̄ qn̄ ebrioſus luxurioſus
vel vſurari⁹ audit aliquē obſeſſum. timere
debet ⁊ ſe humiliare ⁊ penitere. ¶ Quito
accidit ad gloriā dei ⁊ ſanctoꝝ oſtēſionē.
qn̄ ipſi ſancti īuocant̄ ⁊ liberationē a deo
impetrant. Un̄ ſciēdum ꝙ ſm̄ Nico. de
Lira. Ex q̄ iſtaꝝ rerum rōnes ⁊ cauſe nos
latēt. ꝓpter h̄ ꝙ occulta ſūt dei iudicia. iō
nos nō debem⁹ iudicare obſeſſos. q2 filios
et filias regni celeſtis deus miſericorditer
qn̄ꝗ hic ī p̄n̄ti punit. ⁊ p̄parat eos ad vitaȝ
V eternā. ¶ Quantū ad ſcd̄m ſciendūȝ ꝙ
q̄libet debet ſe cauere ne aſſueſcat iurare.
Unde Eccl. xxiij. Uir multum iurans. re-
plebitur iniquitate. Et ḡ dr̄ Exo. xx. Nō
aſſumes nomē dei tui in vanū. Et ē ſcd̄ȝ p̄-
ceptū. ꝯtra qd̄ faciūt q̄nꝗ genera hoīuȝ.
Primi ſūt q̄ iurāt p deū et ſanctos. tales
q̄ ſic iurāt peccāt mortaliter. vl' ad minus
venialit̄. Quere infra ſmōe. cxlij. ¶ Se-
cundi ſunt q̄ iurāt ſub dubio. Ut cum
quis iurat de q̄ dubitat. ⁊ ſi ex ꝓpoſito ⁊ de-
liberato aīo ſic iurat mortale peccatū eſt.
q2 diſcrimini ſe exponit etiā ſi poſtmodum
cognouerit ꝙ verum fuit qd̄ ſic ſub dubio
tūc iurauit. tamē ḡuiter peccauit. Ergo ſi
vnꝗ ſic ſub dubio iuraſti. vel aliq̄d ſub
fide tua aſſeruiſti. de q̄ tn̄ certitudinē non
habuiſti. de hoc ꝯfiteri ⁊ penitere debes.
¶ Tertij ſūt q̄ execrabiliter iurāt blaſphe-
mādo. Et de his iuramētis q̄re infra ſmo.
cxxiij. q̄ſi p totū. Quarti ſūt q̄ plena vo- X
lūtate diſponūt ſolenniter ⁊ manifeſte pe-
ierare. ⁊ antequā iurāt videt̄ piuri cēſen-
di. q2 de⁹ nō iudicat ex opib⁹ ſ3 ex cogitati-
onib⁹. vt ptȝ. xxij. q. v. Qui peierare. Er-
go ſi vnꝗ ad iudiciū acceſſiſti. in illa intē-
tione ꝙ peierare velles. penitere ⁊ ꝯfiteri
debes. q2 corā deo piur⁹ es. Exemplū de
duob⁹ ciuib⁹ q̄ꝝ vnus ꝯceſſit alteri ſūmaȝ
pecunie. ſ3 qn̄ termin⁹ ſolutionis aduenit.
tūc ipſe debitor ſimpliciter negauit pecu-
niam. q̄ citat⁹ et pduct⁹ ad iudicium iterū
ꝯſtanter negauit ⁊ iurare p pecunia vtiꝗ
voluit. ⁊ cum flecteret genua obmutuit. et
nil loqui potuit. ſ3 erect⁹ ecōuerſo loquelā
reaccepit. q̄ iterum ſecūdario genua flexit
⁊ peierare voluit. ⁊ tunc iterū obmutuit. et
ſic manifeſte omnib⁹ innotuit ꝙ peierare
voluit. ⁊ iam periur⁹ corā deo fuit. Un̄ in
decre. Parat⁹ iurare falſum. iā periur⁹ ē
xxij. q. v. Qui peierare. ¶ Quinti ſunt q̄
iurant ſe aliquid facturos quod ē illicitū.
ſicut ꝓximum verberare. vel ſe vindicare d̄
iſto quocunꝗ modo poſſint. vel etiam ꝙ
bonū qd̄ faciendum eſſet pro deo et ꝓpria
ſalute nō velint facere. vel elemoſynā da-
re. vel aliquē hoſpitare. ⁊ ſic d̄ alijs. Qui
ex certa malicia ſic iurat. peccat mortaliter
ſic iurando. ſed nō peccat ꝯtraueniendo.
Un̄ Iſidor⁹ de ſū. bo. In malis ꝓmiſſis
reſcinde fidem. et in turpi voto muta de-
cretum. Si autē ex obrupto ſic iurauerit
peccat venialiter. Et in vtroꝗ frangendū
eſt iuramentuȝ tale. ¶ Sexti ſūt q̄ iurant
creditoribus ſoluere ad certum terminum
et hoc eis infringunt. tales periuri ſunt et
grauiter peccant. ¶ Circa quod q̄ritur A
vtꝝ qui ſic iurat creditoribus ſit periur⁹.
Rn̄det̄ ſm̄ Hoſtiē. Si qn̄ iurabat crede-
bat ſe nō poſſe ſoluere peierabat. Si ve-
ro credebat ſe poſſe ſoluere non peiera-
bat. Et ſi poſtea fecit poſſe ſuum non eſt

a

periur⁹. ſ ſi poſtea elapſo termino poſſet
et nõ ſolueret · piurus eſſet . O q̃ꝫ grauiter
⁊ multotiẽs illi mendaces delinquunt qui
ꝓmiſis ſuis ſoluere ſup certũ terminũ ꝓ-
mittũt · qđ tñ nõ intendũt · vel ſi intendũt
tñ poſtea poſſe ſuũ nõ faciũt. Et ſic ꝓmiſ-
ſum infringũt · ⁊ ſolutionẽ de die in diem
ↄtra volũtatẽ creditoris ꝓducunt. Sꝫ tñ
ſciendũ ꝙ ſi aliq̇s paup alicui creditori ꝓ-
mitteret ſe ſoluturꝫ ſup certũ terminum · ⁊
poſſe ſuũ faceret ſi tũc impedimẽtũ aliqđ
īteruenirret ꝙ ſup illo termino ſoluere nõ
poſſet · tunc tali paupi ꝓlongatio ꝓpt̃ deũ
ē ↄcedenda · ⁊ creditor cũ tali charitate et
cõpaſſione poſſet ſibi terminũ ꝓlongare ·
ꝙ de⁹ in extremis ſibi tẽpus vitę ſuę ꝓlõ-
garet · vt ſic poſſet pęnitere ⁊ gloriã dei ꝓ-
mereri. Ergo multũ rephenſibiles ſũt illi
q̇ ſuos debitores anguſtiant termino ad-
ueniente ⁊ cũ damno ipſorũ ſolutionẽ ab
eis extorquent · cũ tñ alias libenter eis ſol-
uerent ſi poſſent · Et talibꝰ ĩmiſericordibꝰ
ſine dubio remetiet̃ eadẽ menſura. Greg⁹ ·
Dei miſericordiã non põt mereri · q̇ miſe-
ricors ꝓximo nõ fuerit . Beda ſup eplãm
Jacobi. Sine mĩa iudicabũtur illi · q̇ cũ
facere poſſent nõ faciũt miſericordiã . Ex
q̇ miſericordiã maiorẽ q̇s a dño ↄſecutus
eſt · eo iniuſtius indigẽti ꝓxĩo miſericordiã
negat. Septimi ſunt q̇ verba maledi-
cta ꝓferunt · qñ tales peccẽt mortaliter · ſ
B quere infra ſer .xcv. L ¶ Octaui ſũt q̇
iurãt p deũ ⁊ ſanctos et cũ ſ obligant ſe
ad aliquã pęnam · vt dicẽdo: p deũ ſi hoc
nõ fecero · vel ſi ſ nõ eſt ſicut ego dico · tũc
illud accidat mihi vł filijs meis · vel ſic di-
cendo: Nunq̃ꝫ ab oculis tuis viu⁹ diſce-
dam ſi mentior · vel de⁹ nunq̃ꝫ miſereatur
animę meę · ſi nõ fecero · ⁊ ſic đ alijs. Et ſm
Aug. Jlle q̇ ſic iurat obligat ſe deo · vt ſ
ſibi vel alijs q̇s ĩ iuramẽto aſſumpſit eue-
niat ſi ſecus ē q̃ꝫ dicit. Sꝫ verũ q̇dẽ ſatis
eſt horribile ſe vel ſuos mẽdaciter ſic ob-
ligare. Nec etiam homo debet faciliter ſe
obligare · etiam in cauſa vera niſi eſſet ibi
magna neceſſitas · vel notabilis vtilitas:
Quia ſtultũ ē ſe ſic obligare ſine cauſa et

neceſſitate. Exemplũ legit̃ · ꝙ q̇dã vſura-
rius ĩ morte cõpũctus rogauit duos ſuos
amicos ut pecuniã quã eis tradidit reſti-
tuerẽt. Et p̉mus obligauit ſe ſ facturꝫ ſb
impcatiõe ignis ſancti Antonij. Secũd⁹
obligauit ſe ſub impcatione leprę · q̇ poſt
obitũ ſuũ negligẽtes ĩ hoc negocio fuerũt
volẽtes p̉us cũ iſta pecunia aliq̇d lucrari
⁊ tũc demũ reſtituere. Et mox in iſtis infir-
mitatibꝰ in q̇bus ſe obligauerũt cõſumpti
ſunt. ¶ Noni ſũt q̇ cũ ſolẽnitate piuriũ C
cõmittũt · ⁊ eſt peccatũ mortaliſſimũ. Vñ
p tres digitos q̇s ponũt ſup ſanctos · de-
ſignatur ꝙ corpus ⁊ aĩaꝫ ⁊ res ponũt ĩ po-
teſtatẽ diaboli. Vñ ſm Guilhel · Lugdu ·
in ſũ · vitiorꝫ. Qui ſcienter falſe iurat dia-
bolo illã manũ dat cũ qua tangit euãge-
lium · vel reliquias ſanctorꝫ. Et donec ipſe
pęniteat de periurio manus illa diabolo
ꝑtinet. Et qñ ſe cũ illa manu ſignat · tunc
cum manu diaboli ſe ſignat · ⁊ nõ põt pę-
nitere vel abſolui a peccatis niſi reſtituat
damnum illi cui peierauit · et tales periuri
qñq̃ꝫ ↄfundunt̃ in pñti. Vñ legit̃ ꝙ q̇dã
ſup ſepulcrum ſancti Pãcracij martyris
peierauit · et mox manũ retrahere non po-
tuit · Et ſic omnibꝰ ſua malicia innotuit · ⁊
coram omnibus aſtantibus confuſus fuit
¶ Decimi ſunt q̇ ſciẽter recipiunt falſum D
iuramẽtum. Vñ qñcñq̃ꝫ q̇s ſcit veraciter
aliũ falſum iurare · ⁊ ſic recipit friuole fal-
ſum iuramẽtuꝫ · peccat mortaliter. Vñ dr̃
in decre. Cogens hoĩem ad piuriũ · et qui
peierat · vterq̃ꝫ re⁹ eſt .xxij. q. v. Qui cõpul-
ſus. Et ſi quis diceret · ex his ſequeretur ꝙ
nullus poſſet aliquem cogere ad ſibi ſol-
uendum · ſi nullus deberet recipe iuramen-
tum. Rñdet̃ ꝙ ad iudiciũ debet euꝫ citare
⁊ iuſticiã ab eo exigere · et ſi tibi negauerit
quõ põt ipſe ſcire vtrũ recepturus es iura-
mentum ab eo vel non. Quia ſm Ariſto ·
De futuris ↄtingentibus nõ eſt determi-
nata veritas · qñ autem ↄſideras ꝙ aliter
non põt eſſe · et nil amplius poteſt tibi fieri
niſi iuramẽtum · ad quid tũc expedit illud
iuramentum qđ ſic friuole recipis ab eo ·
nõne vna menſura vim plus valeret tibi?

ꝛ ergo qñ omnimodo vult iurare tũc iam ẽ ꝑiur⁹ corã deo · ꝛ ſi morit̃ eternalit̃ damnat̃. Uñ dĩ in decre. Paratus iurare qꝺ falſũ ẽ · iam ꝑiurus eſt. xxij. q. v. Qui periurare. Et ſi ptinaciter recipis ab eo iuramẽtum quẽ ſcis falſũ iurare · tũc aĩam tuã cũ aĩa ipſi⁹ damnas · ꝛ ſic duas aĩas ꝑdis ſcꝫ aĩam ꝓpriã ꝛ aĩaꝫ ꝓximi · ut ptꝫ. xxij. q. v. Ille. et. c. Qui exigit. Ergo ſi q̃rit̃ a te an ſupportare velis eum a iuramẽto · tũc deo offerre debes iſta bona ꝑ q̃b⁹ ille tibi iurare intendit · ꝛ deus remunerabit tibi. Sed diceres: Ex h̃ ſequeret̃ ↄfuſio noſtra · quia hoĩes crederẽt me iniuſtã cauſaꝫ habere · cũ nollem iuramẽtũ ab eo recipe. Rñdet̃ ꝙ ꝓpter malos homines q̇ vt frequent̃ malum iudicant non debes deũ offẽdere · nec aĩam tuam ꝑdere recipiẽdo ſic falſũ iuramentũ ab eo. Et ſi vnus malus ideo malũ de te iudicat · tũc ſex vel octo boni ecõuerſo de te iudicãt bonum · ꝛ te ꝓpterea cõmẽdant ꝙ deum ꝛ aĩaꝫ tuã honoraſti · et eum falſo iuramento ſupportaſti · qꝛ ſicut mali ex omnib⁹ malũ iudicant · ſic boni bonum. Uñ Chryſo · ſuꝑ Math · Sicut difficile aliquẽ ſuſpicat̃ malũ q̇ bon⁹ eſt · ſic difficile aliqueꝫ ſuſpicat̃ bonũ ipſe q̇ malus eſt.

E Quantũ ad ſecundũ ſciendum ẽ ꝙ in ſex caſib⁹ licitũ eſt iurare · et iuramentũ ab alijs recipe. Primo cuꝫ alicui ſuadet̃ aliqꝺ bonũ qꝺ eſt ei vtile · et nõ credit verbo ſimplici · tũc ↄcedit̃ iurare · qꝺ ptꝫ. xxij. q. i. Nõ eſt ↄtra. ſ. Uñ etiam Iſidor⁹. Plerumqꝫ ſine iuramento loqui diſponim⁹ · ſꝫ incredulitate eoꝝ q̇ non credũt qꝺ dicim⁹ iurare cõpellimur. Scꝺo q̇s põt innocentiam ſuaꝫ purgare cũ iuramẽto qñ iniuſte et mendaciter a malis infamat⁹ eſt. Et in h̃ caſu debet ſibi credi niſi cõtrarium ꝑ teſtes poſſet ↄuinci · Uñ dĩ in decre. Licitũ iuramentũ fit ꝑ infamię expurgatione. ij. q. iiij. Preſbyter. Uñ q̇libet tenet̃ famaꝫ ſuã defendere. Unde in decre · dĩ. Famaꝫ ſuã negligens crudelis eſt. xij. q. i. Nolo. Et tales q̇ ſic infamãt ĩnocẽter ꝓrios grauiter peccant · et tenent̃ reuocare ſi volunt indulgentiam conſequi peccatoꝝ. Tertio ad cõfirmationẽ debitoꝝ · vt cum q̇s nõ habet fideiuſſores ponere ꝛ alias non volumus credere illi · tũc põt iurare ſe velle ĩ illo termino ſoluere · ꝛ ſi intendit ꝛ ſuũ poſſe facit · nõ peccat iurans · nec etiã recipiẽs iuramentuꝫ. Uñ Aug⁹ de verb apli · ſermone. xxiij. Qui exigit iuramẽtũ ſi neſcit aliũ falſũ iurare · ꝛ dic · iura mihi vt tibi fides adhibeat̃ · nõ audeo dicere ibi eẽ peccatũ · tñ humana tẽptatio eſt ꝛc. Quarto ad dubitationis remotionẽ · vt qñ ꝓ re litigioſa iurat̃. Verbi grã. Si duo ꝑ aliq̃ re litigarent · et vni eoꝝ ꝑ certo cõſtaret quõ ſe totum factuꝫ haberet · tũc talis ſine omni peccato poſſet iurare · ꝛ certitudinem illius dubij enarrare · vt ſic altercatio ceſſaret. Quinto ꝓmittendo ſuis ſuperioribus vel etiam p̃latis fidelitatem et obedientiam · vel ex ꝑte officij · vel alijs cauſis licitis.

Uñ ſciendum ꝙ qui ꝓpter officium quod ſibi a p̄latis vel a cõſilio ciuitatis cõmittit̃ iurat · ſi intẽdit ſic facere ut iurat · tunc non eſt ꝑiurus. Sed valde ſollicit⁹ dꝫ eſſe ꝙ illud quod iurauit et ꝓmiſit · ꝙ hoc ſꝫm exigentiam iuramenti ad effectum perducat. Alias ſi fraudem faceret in exequendo hoc quod iurando ꝓmiſit · totiens ꝑiurus efficitur quotiens ſcienter hoc tranſgreditur. Ergo valde magnum et terribile eſt ſic aliquid recipe ſuper iuramentũ · qꝛ talis aĩam ſuam p̃cioſam ꝑ pignere ponit. Si autẽ ꝑ aliq̊ officio aut artificio h̃ iuramentũ nõ intendit a p̃ncipio ſeruare ſꝫ ꝓpter lucꝝ vel officiũ adquirẽdũ iurat · ipſo facto eſt ꝑiurus. Et q̊tienſcũqꝫ poſtea iſtud iuramẽtũ tranſgredit̃ · totiẽs mortaliter peccat. O quot iuramenta fiũt quę iurãtes adimplere non intẽdũt. Iteꝫ qui ſcienter dant occaſionem talibus ſua iuramẽta tranſgrediendi · rogãdo uel etiã conſentiẽdo eis ꝓpter lucrum ꝓpriũ · tales deum grauiter offendunt · qꝛ plus debent diligere ſalutẽ ꝓximoꝝ · q̃ꝫ ꝓprium lucrum vel cõmodum. Item ſciendum ꝙ cautius et ſalubrius eſſet talia officia committere ipſis officiãtib⁹ ſꝫ pęna pecuniaria q̇nqꝫ vel ſex talentoꝝ argenti vel auri · vt co

melius ſeruarēt· qꝛ heu plures magꝭ ſolli-
citi eſſent cauere damnū tꝑale q̄z damnū
ſpūale· qd̄ tn̄ tangit ꝑcioſam aīaz hoīs.
De qua dicit Bern̄. Tot⁹ mūdus ille ꝑ-
cium vni⁹ aīe eſtimare nō pōt. Similiter
q̇ iurāt fidelitatē ꝓprio dn̄o diligentiam
facere debent· vt iuramento ſatiſfaciant.
Sexto ꝓpter neceſſitatē· vt cū q̄s te vel-
let cape vel ſpoliare vel occidere tanq̄z in-
imicū ciuitatꝭ illi⁹ vel de dn̄io illi⁹· tūc cuz
iuramento potes aſſerere te alteri⁹ eſſe do-
minij ſine omni peccato. Vn̄ q̄ritur q̇ co-
actus iurat aliq̇d vtruz ad h̄ obliget̄. Re-
ſpōdet̄ ſm̄ beatum Tho. ſcd̄a. ij. q. xcviij.
Nō excuſat̄ a pctō mortali nō implēs qd̄
coacte iurauit. Et Ray. dic̄· ꝙ talis quā-
tuſcūq̄z fuerit met⁹ nihilomin⁹ obligatur
dūmodo ſit de re licita· ſec⁹ ē de re illicita·
Sz tales ſolutiones q̄s coacte ꝓmiſit pōt
repetere· ⁊ alius corā deo tenet̄ ſemꝑ reſti-
tuere q̇cquid extorſit ꝯtra deum· ſi ſaltem
remiſſionem peccatorum ꝯſequi voluerit.
B ¶ Ultimo nota exēplū in q̇ cognoſcere
potes quō deo diſpliceat et hoī noceat
ſciēter falſum iuramentū recipe· ⁊ h̄ illi at-
tendere debēt q̇ audent dicere· ſi quis tres
denarios tenet̄ ipſis ſoluere· ꝙ vellent ꝓpt̄
iſtos tres denarios iuramētū ab eo recipe
Vn̄ legit̄ ꝙ q̇daz homo citauerat quēdā
ad iudiciū ꝓpter quandā ſummā pecunię·
et ille inſtāter negauit· ⁊ ſe ad iuramentuz
exhibuit· qd̄ alius ab eo recepit· licet ſciret
eū ſcienter falſum iurare. Mox ꝯſequenti
nocte raptus ad iudiciū· vidit chriſtū ſe-
dentē in ſede maieſtatꝭ ſuę· exigentez ab eo
rōnez de aīa illius qui iurauit ei· ⁊ de aīa
ſua ꝓpria· q̇ cognouit ambas eē dānādas
Tūc iudex q̄ſiuit· cur iuramētuz ab eo re-
cepiſſet. Et ait illi· qꝛ ipſe meū negauit. Et
iudex. Nōne poti⁹ debuiſti ꝑdere talem
ſubſtantiā· q̄z ipſi⁹ ⁊ tuā aīam? Nōne aīa
melior eſt q̄z omnis ſubſtātia tꝑalis? Tūc
iudex fecit eū flagellari· q̇ euigilans omnia
q̄ ſibi acciderāt enarrauit. Et ī ſignū hui⁹
plagas in corpe ⁊ in dorſo ſuo oſtendit q̄
nullo modo potuerūt curari donec pęni-
tuit· ⁊ deus ſibi illud indulſit.

¶ In dn̄ica quarta quadrageſi-
me Sermo. xliij. De contritione
et confeſſione.

E Ват puer vn⁹
h̄ q̇ habet q̇nq̄z panes horde-
aceos· ⁊ duos piſces. Joh. vj
⁊ Matth. xiiij. Johānes de ſancto gemi-
niano dicit ꝙ totū officiū ꝑſentis domini-
cę cōtinet q̄ſi quędam noua ⁊ lęta. Nam
matutinale officiū agit d̄ liberatione iſra-
elitici populi ab ęgyptiaca ſeruitute. In-
troitus miſſę hortat̄ eccleſiaz ad exultati-
onem leticię cuz dicit: Lętare hieruſalem.
Et epiſtola loquitur d̄ cęleſti matre illa q̄
ſurſum ē hieruſalem. Euāgeliū de refecti-
one ⁊ ſacietate turbę. Ergo illa dominica
dupliciť noīatur· ſcz dominica de panib⁹
et dominica de roſa. Et rō hui⁹ eſt· quia
cōſueuit dari romano pręfecto a papa qn̄
romę eſt roſa aurea plena muſco et balſa-
mo. ¶ Sic moraliter· pęnitētia quam D
iſto ſacro tēpore facimus· omnia iſta opat̄
in nobis· videlicet liberationē a pctō· lę-
ticiā grę· aptionem cęleſtis ianuę· et refe-
ctionē glorię. At ipſa pęnitentia etiā con-
uertit ſpinas vitioꝝ ī roſas virtutū. Vn̄
hodie lętari debemus nos peccatores· qꝛ
deus paratus ē nos recipere ad gratiam.
Nā ipſe dicit ꝑ ꝓphetam. Nolo mortem
peccatoris ſꝫ magis vt ꝯuertat̄ ⁊ viuat. Itē
lętari debent pęnitentes qui ſunt confeſſi·
qꝛ deus indulſit eis omnia peccata eoruz
ex ſua miſericordia. Itez iuſti lętari debēt·
qꝛ deus illo ſacro tꝑe vult eis gratiaz au-
gmentare. Itē tribulati debēt lętari· quia
de⁹ vult cū eis eſſe in tribulationib⁹ ipſoꝝ
Vn̄ Pſalmiſta. Cuz ipſo ſū ī tribulati-
one eri· eum ⁊ glori· eū. Unde Job. xvi.
Triſticia veſtra vertetur in gaudiū· Sed
ex quo ꝑſens tempus ē tempus pęnitētię ī
quo debemus ſatiſfacere pro oīb⁹ nr̄is
peccatis quę per totum annum cōmiſim⁹
Ergo in ꝑſenti ſermone tria dicenda ſūt.
Primo de contritione. Scd̄o de ꝯfeſſi-
one. Tertio d̄ ſatiſfactione. ¶ Quantū I
ad primū q̄ritur quid ſit cōtritio. Rn̄det̄
ſm̄ ſanctum Tho. Eſt dolor voluntarie

aſſumptus ꝑ peccatis cū ꝓpoſito ꝯfitendi
et ſatiſfaciendi. Ubi q̄rit̄ vtꝝ ꝯtritio de-
beat eſſe maxim⁹ dolor. Rn̄det̄ q̄tum ad
dolorem interiorem ⁊ diſplicētiā debet eſſe
maxim⁹ dolor. Qḋ ꝓbat̄ ꝑ tria. Primo
in nulla re debemus habere tantā cōpla-
centiā ſicut in deo. modo hoc totū ꝑditur
cum vno peccato mortali. et q꞉ contraria
cōtrarijs curant̄. ergo de peccato cōmiſſo
maximū dolorē ⁊ diſplicentiā hr̄e debem⁹.
Scḋo ꝓbat̄ qn̄ quis offendit aliquem di-
lectū. quāto magis eū dilexerit. tanto pl⁹
dolet. Sꝫ deū ſup̄ oīa diligere debem⁹
quē peccādo offendim⁹. Tertio ꝓbat̄. qn̄
enī q̄s aliquā rem ꝑdit. tanto plus dolet.
q̄to melior res ipſa fuit. quia homo pl⁹
dolet de floreni ꝑditione q̄ꝫ denarij. ſed
de⁹ eſt ſummū ⁊ infinitū bonū quē peccā-
do offendim⁹ et ꝑdidim⁹. igit̄ ⁊c. Ex q̄bꝫ
ſequit̄ ꝙ dolor ꝯtritionis q̄tum ad interi-
orem diſplicentiam debet eſſe maior omni
dolore q̄ pōt homī tꝑaliter accidere. etiā
ſi oīa bona tꝑalia perderet. vel ſi pater
mater. vxor. ⁊ filij morerent̄. Et h̄ ē ītelligē-
dum q̄tum ad īteriorem dolorē ⁊ diſpli-
centiam. Sed ex quo ſine vera cōtritione
nullū peccatū dimittit̄. tunc q̄ritur q̄ ſunt
ſigna vere ꝯtritionis. q꞉ multi ꝯuertunt̄ et
nō vere. ſic ſcꝫ ꝙ ſpes haberi poſſet ꝙ de⁹
indulgeat ipſi ꝯtrito peccata ſua ꝑ ꝯtriti-
onem. Dico ꝙ hmōi ꝯtritionis quattuor
ſunt ſigna. Primū ſignū eſt. ſi d̄ peccatis
p̄teritis dolet. et ī futuꝝ cauere ſe firmiter
ꝓponit. ſic ꝙ potius vellet ſubire omnem
pœnā in generali loquēdo q̄ꝫ ampli⁹ ſcien-
ter peccare mortaliter. Unde apl's. Quis
nos ſeꝑabit a charitate chriſti. an perſecu-
tio. an fames ⁊c. Scḋm ſignū ē ſi ipſe pœ-
nitens ꝑatus eſt ſatiſfacere leſis. ſiue in re-
bus. ſ. reſtituēdo oīa iniuſta. ſiue ī fama
ſcꝫ reuocādo qḋ falſe ⁊ mendaciter ſuum
ꝓximū infamauerit vel alias grauiter leſe-
rit. ſiue in corꝑe vulnerando. ſiue virgini-
tatem virginis corrumpendo. ⁊ ſic de alijs
offenſis. Et in q̄bus nō pōt ſatiſfacere do-
leat. ⁊ ꝓpoſitum habeat ſatiſfaciendi. cū
aliqn̄ poſt hoc ꝓſperiori arridēte fortuna
poterit. Bern̄. Qui veraciter pœnitet. q̄c-
quid ſibi ꝓ culpa quā ꝯdit iniūgit̄. tacita
cōſcientia patiēter amplectitur. Tertium
ſignū eſt ꝙ parcat offenſoribꝫ quōcunq̄ꝫ a
q̄buſcunq̄ꝫ. quātūcunq̄ꝫ. ⁊ q̄ꝫ g̃uiter ſit of-
fenſus. ſiue in rebꝫ. ſiue ī ꝑſona. vel ī fama
vel etiā ſi grauior offenſa accidiſſet. vel in
futuro acciderit. ꝑatus ē in aīo ſuo ꝓpter
deū indulgere. vt de⁹ ſibi ſua peccata in-
dulgeat. h̄ q̄ nō vult indulgere ſuis inimicis
nō habet verā ꝯtritionē nec eſt ver⁹ pœni-
tens. Un̄ Aug⁹. Unuſquiſq̄ꝫ talē indul-
gentiā eſt accepturus a deo. qualē et ipſe
dederit ꝓximo. Ergo illi q̄ adhuc ſtant in
rancore ⁊ nolūt indulgere. non ſūt abſol-
uēdi. nec cum ſacro eucharistię cōicandi.
¶ Quartū ſignū eſt ſi officiū vel negociū K
qḋ ſine pc̄tō mortali non pōt exerceri ꝑat⁹
eſt reſignare. Ergo illi q̄ habēt talia offi-
cia q̄ nullo mō ſine peccato mortali poſ-
ſunt ꝑficere. ſicut traditores vel lenones ⁊
hmōi. ⁊ ꝑ q̄bus ei inhibet̄ ꝯmunio. ſemꝑ
ſunt ī peccato mortali. et in ꝑtāte diaboli
die noctuq̄ꝫ. Et inſuꝑ ſunt priuati omni
bono totius eccleſię. ⁊ nihil poſſunt in iſto
ſtatu facere quod ſit eis meritorium vitę
ęternę. Et licet qn̄q̄ꝫ ꝯfiteant̄. tn̄ nil valet
eis talis ꝯfeſſio. ex quo deſiſtere nolunt a
tali officio. Sꝫ h̄ nō ītelligit̄ de illis q̄ ha-
bent artificia ⁊ officia honeſta ⁊ vtilia quę
licite poſſunt fieri. ſicut ſutores. ſartores.
calceatores. piſcatores. ⁊ ſic d̄ alijs. Et ta-
les qn̄ fideliter laborāt. ⁊ ſunt ſine peccato
mortali. tunc oīs eoꝝ labor erit eis meri-
torius. Pſ. Labores manuū tuaꝝ quia
mandu. b. es. ⁊c. Item q̄ritur vtꝝ ꝯtritio
poſſit tollere totū reatū pœnę. Rn̄det̄ ſm
Petꝝ de tharātaſia. Cōtritionis ītētio
pōt attendi dupliciter. vel ex ꝑte charitatis
q̄ cauſat diſplicentiā peccati. vel ex parte
doloris q̄ ī ſenſitiua excitat̄. Et in vtroq̄ꝫ
poteſt tm̄ intendi ꝯtritio ꝙ tota pœna di-
mittit̄. ſicut patet de latrone q̄ cū chriſto
pependit ī cruce. ¶ Quantū ad ſecundū L
q̄ritur de ꝯfeſſione: q̄d ſit ꝯfeſſio. Rn̄det̄
ſm Ray. Cōfeſſio eſt legitima corā ſacer-
dote peccatoꝝ declaratio. Un̄ q̄rit̄ vtrū
ꝯfeſſio ſit de neceſſitate ſalutis. Rn̄detur
ꝙ ſic. Oīs enī fidelis ſaltē ſemel in anno

tenetur ex ꝑcepto eccl'ie poſtq̄ʒ ad annos
diſcretionis ꝑuenerit cōfiteri oīa peccata
ſua ⁊ cōmunicare ſaltē ī paſca· vt patet ex̄
de penitē. Om̄is. Non enī ſufficit ꝯtritio
niſi ſequat̄ cōfeſſio. Vn̄ Ambro. li. de pa-
diſo. Nō enī quiſq̄ʒ a pctō iuſtificari po-
terit· niſi peccatuʒ an̄ ꝯfeſſus fuerit. Sed
q̄ritur q̄lis debet eſſe ꝯfeſſio. Rn̄detur ꝙ
M primo debet eſſe ꝑmeditata. ¶ Sʒ dice-
res q̄ʒtam diligentiā debet habere ad re-
memorādū peccata. Rn̄det̄ ꝙ maiorē q̄ʒ
vnq̄ʒ in aliq̄ re trāſitoria habuit. Et h̄ ꝓ-
batur. Quia ſi q̄s rōnem regi terreno de-
beret dare de multis et arduis cauſis ſub
pena priuationis oculoꝝ vel alioꝝ mem-
broꝝ ſi in ipſa rōne deficeret· tūc magnaʒ
diligentiā adhiberet vt debite rōneʒ red-
deret. Sʒ maiorē rationē reddituri ſum⁹
ī ꝯfeſſione ⁊ ſub maiori pena· q2 d̄ tota vi-
ta noſtra· et ſub pena dānationis eterne.
Itē q̄libet penitens debet ad memoriam
ducere ī quo loco deliquit et q̄tiens q̄uoli-
bet peccatū cōmiſerit. Vn̄ Aug⁹. in li. de
peni. Vere penitens ꝯſideret q̄litatē cri-
minis ī loco· in tpe· in ꝑſeuerātia· ī varie-
tate ꝑſone· ⁊ q̄ temptatione h̄ fecerit· et in
ipſius vitij multiplici executione. Unde
ſciendū ꝙ nō ſufficit ī ꝯfeſſione dicere hoc
peccatū ſepi⁹ cōmiſi· q2 ꝯfeſſor neſcit ītelli-
gere vtꝝ decies vel vigeſies commiſit. Et
q̄libet ꝯfitens ſi certum numeꝝ ſcit dicat.
Si autē n̄ dicat ſb̄ determiato numero·
ꝑut in eſtimatione ſibi videt̄· vt dicēdo h̄
peccatū cōmiſi decies· vl' viceſies· vel cen-
ties· vel pl⁹ vl' min⁹· q2 certū numeꝝ igno-
ro· tūc cōfeſſor pōt eū ſm̄ h̄ expedire· ⁊ pe-
nitentiā iniūgere· q2 maior penitētia iniū-
genda ē illi q̄ aliq̄d peccatū decies cōmi-
ſit· q̄ʒ q̄ ſemel vel ter cōmiſit. Scđo ꝯfeſ-
ſio debet eſſe nuda et ītegra· q2 de⁹ dimi-
diam ꝯfeſſionē nō acceptat. Nec vnū pec-
catum mortale ſine alio remittit. Unde
Deut. xxxij. Dei ꝑfecta ſunt opa. Tertio
cōfeſſio debet eſſe ꝓpria ⁊ accuſatoria. ſ. ꝙ
ſua ꝓpria peccata ꝯfiteat̄ ⁊ nō alioꝝ. Nec
aliquē debet nominare in ꝯfeſſione niſi in
tali caſu ī quo ſine denoīatione ꝑſone nō
poſſet ipſū peccatuʒ exprimere· vt ſi pecca-
uit cū ſorore vel cū matre. Itē ꝯfitens non
debet ſe excuſare ſicut aliq̄ dicūt ī ꝯfeſſiōe
dicēdo: De⁹ ordinauit ꝙ h̄ malū cōmiſi·
q̄d oīno eſt falſū· ⁊ cū h̄ magnū peccatū ē
credere vl' dicere ꝙ de⁹ malū fecerit vel or-
dinauerit· h̄ eſt ipſi⁹ homīs malitia ꝓpria.
Apl's. Hec ē volūtas dei ſanctificatio ve-
ſtra. Itē aliq̄ dicūt· coactus ſum ab homi-
nib⁹. Seneca. Dimitte excuſationē quia
null⁹ inuit⁹ peccat. Et tales ſic ſe excuſan-
tes nō ſunt abſoluēdi· q2 ꝯfeſſio debet eſſe
ꝓpria ⁊ accuſās. Quarto debet eē lachry-
moſa· q2 cū dolore et amaritudine cordis
peccata ſunt ꝯfitēda vt mīa conſequatur
Vn̄ Greg⁹. Illū quē ꝯſpicis delicta cuʒ
fletu delere ī conſpectu deitat' nō dubites
ꝯſequi miſericordiā. Cōtra h̄ faciūt q̄ pec-
cata ſua q̄ſi fabulā ſacerdoti ꝓponunt·
nullā verecūdiā de pctīs habēdo. Bern̄.
Sunt q̄daʒ q̄ ꝯfitēdo ſicut fabulā pctōꝝ
ſuoꝝ narrāt hiſtoriam· et egritudines aīe
ſue ſine ꝯfuſione dinumerāt. Sʒ vere ꝯfi-
tens cū verecūdia debet confiteri peccata
ſua· vt erubeſcentiā habeat ꝓ pena. Aug⁹
in li. de peni. Erubeſcētia enī ē magna pe-
na· ideo q̄ erubeſcit pro chriſto dignus eſt
miſericordia. Quinto cōfeſſio debet fieri
cum bona ſpe· et cum magna humilitate·
Bern̄. Humiliter penitētib⁹ remittit de⁹
Et diabol⁹ enī quē ī corde homīs inaſerat
amittat ꝑncipatū. Itē penitēs debet hrē
bonā fiduciaʒ firmiter ſperādo ſe poſſe in-
dulgentiā ꝯſequi. Vn̄ Aug⁹. Penitētia
q̄ ex fiducia nō ꝓcedit ē inutilis ⁊ ſterilis ⁊
manet ſine mīa. Vn̄ etiam Ambro. Non
pōt bene agere penitentiā q̄ nō ſperat in-
dulgētiā. ¶ Querit̄ vtꝝ ꝯfeſſio ī aliquo N
caſu ſit iterāda. Rn̄det̄ ꝙ ſunt quattuor
caſus cōmunes ⁊ vſitati ī q̄bus doctores
dicūt ꝯfeſſionē eſſe iterandā. Primus eſt
ꝓpter peccati enormitateʒ ob quā oportet
peccatorē ad ſuꝑiorē remitti q̄ ꝯfeſſionem
remiſſi audiat ⁊ eū abſoluat· tunc talis pec
cator tenet̄ illa peccata iterare ꝓ q̄bus miſ-
ſus eſt ad ſuꝑiorē ꝓ abſolutione· h̄ ꝑmus
ꝯfeſſor debet eū abſoluere ab alijs peccat'
a q̄b⁹ eū abſoluere habet· niſi peniēs ſiue
ꝯfitēs ſit excoīcatus maiori excoīcatione·

tunc talis ꝯfitens a nullo peccato põt ab-
ſolui niſi añ ſit abſolut⁹ ab illa excõmuni-
catione. Vñ dr̃ in decre. Excõmunicatio
abſolutionẽ impedit. xxiiij. q. i. Audiuim⁹
⁊ c. Quicũqꝫ. Secũdus caſus ẽ ꝓpt' igno-
rantiã ſacerdotis. vtpote qñ ſacerdos eſt
ignorãs. tũc debet queri ſacerdos q̇ ſciat
ligare ⁊ ſoluere. ⁊ cũ h̃ diſcernere differen-
tiam peccatoꝝ. Ex h̃ ptꝫ ꝙ ille ſepius de-
cipiũt' q̇ ignaros ⁊ illiteratos querũt con-
feſſores. Terti⁹ caſus ſi cõfeſſio nõ fuit in-
tegra. vt qꝛ ſcienter obticuit aliqđ pecca-
tum mortale. Aut etiã ſi acceſſit cũ volun-
tate peccãdi. Quart⁹ ſi ꝯtempſit aut ne-
glexit ſatiſfacere ⁊ oblit⁹ eſt ſatiſfactionem
ſibi iniunctã. nã ſi ſciret ⁊ eã implere vellet
cũ vera ꝯtritione. ita tñ ꝙ ⁊ cũ bono ꝓpo-
ſito cõfeſſus eſſet. non oportet eã reiterare
cõfeſſionẽ. Et itelligunt' duo vltimi caſus
qñ mutat ſacerdotẽ. Si aũt ad eundẽ ſa-
cerdotẽ reuertit'. tunc diſtinguendũ eſt. qꝛ
aut recẽter aut nouiter cõfeſſus eſt aut de
memoria ſunt elapſa ipſi ſacerdoti ꝓpt' di-
uturnitatẽ tp̃is. In primo ſcꝫ qñ peccata
cõfeſſa adhuc ſunt ĩ memoria ſacerdotis.
tũc nõ tenet' oĩa reiterare. ſed ſolũ illud
peccatũ qđ ſciẽter obticuit vel illã fictionẽ
ꝙ cũ volũtate ampli⁹ peccãdi ad ꝯfeſſio-
nem acceſſit. Sed in ſcđo caſu qñ. ſ. pec-
cata elapſa ſunt a memoria ſacerdotiſ. tũc
tenet' oĩa reiterare. etiam ſi decies cõfeſſus
eſſet. ⁊ ſꝑ aliqđ peccatũ ſciẽter obticuiſſet.
tũc oẽs iſte ꝯfeſſiones ſunt iterãde. quia
cõfitẽti vnũ peccatũ mortale nõ dimittit'
ſine alio. Itẽ q̃rit' de peccatis ſciẽter com-
miſſis et poſtea oblitis. vtrũ req̇ratur pe-
nitẽtia ⁊ ꝯfeſſio de his. Rñdetur ſi hõ ita
eſt oblit⁹ ꝙ nullo mõ recordatur. tũc non
tenet' ad penitentiã niſi in generali. ſed tñ
tenet' laborare ⁊ diligentiã facere recordã-
do. ſ. ⁊ orando deũ vt reuelet ei peccatum
oblitũ. ⁊ audiẽdo ſmones cuꝫ maiori di-
ligẽtia. vt ſic poſſet ad memoriã reducere
peccatũ hmõi oblitũ. Si autẽ põt recor-
dari. tũc tenet' in ſpeciali ꝯfiteri. Si autem
oĩno non recordat'. tũc tenetur in generali
cõfiteri. dicens ſe deũ in multis offendiſſe
peccatis de q̇bꝫ nõ recordatur. et libenter
vellet cõfiteri ⁊ cõteri. ¶ Sed q̃tũ ad D
tertiũ ſciẽdũ de ſatiſfactione. ꝙ ſatiſfactio
ſemꝑ tenet' fieri ꝑ ꝯtrariũ. ut ſupbo iniun-
genda ẽ humilitas ⁊ ꝯſternatio ⁊ veſtium
ornatus depoſitio. Itẽ auaro iniuſtarum
reꝝ reſtitutio. ⁊ de iuſtis reb⁹ elemoſynarũ
diſtributio. Item guloſis ⁊ ebrioſis ieiu-
nia: Quia ſm Salo. Per q̃ q̇s peccat ꝑ
h̃ etiã punietur. Itẽ luxurioſis et adulteriſ
iniungende ſunt afflictiones corꝑis. vt. ſ.
dure iaceãt. veſtes aſperas induãt. ⁊ diſci-
plinas cum virgis recipiant. ⁊ ſic de aliĳs.
Vñ Greg⁹. Nequaqꝫ ſatiſfacimus ſi ab
iniquitate nõ ceſſamus. ⁊ niſi voluptates
queqꝫ q̃s dilexerimus ecõtrario oppoſitis
lamentis inſequamur. Item accidioſis et
pigris iniungende ſunt vigilie. ſ. vt mane
ſurgãt ⁊ eccleſias frequẽtent. ⁊ etiaꝫ quiqꝫ
ꝑegrinationes faciant. Item iracundis et
rancoroſis vt cũ ſuis inimicis ſe recõciliẽt
⁊ omnẽ vindictã ⁊ iracundiam penitus ex
corde dimittant. et cũ inimiciſ amicabiliter
loquãtur. ⁊ erga eos ſe charitatiue teneãt
⁊ ſic de aliĳs. ¶ Queritur vtꝝ ſatiſfacti- P
onem iniũctam ⁊ cõpletam ĩ peccato mor-
tali neceſſe ſit iterare. Rñdetur ſm ſanctũ
Tho. in. iiij. diſ. xv. Alique ſatiſfactiones
ſunt ex q̇bus manet aliquis effect⁹ in ſatiſ-
faciente. poſtq̃ꝫ etiam actus ſatiſfactionis
tranſit. ſicut in ſatiſfactionibus ex ieiunio
ſeq̇tur debilitatio corꝑis. ⁊ ex elemoſynis
largitis ſubſtantie diminutio. ⁊ ſic đ aliĳs.
Et tales ſatiſfactiones facte ĩ peccatis nõ
oportet ꝙ reiterentur. qꝛ q̃tum ad iſtud
qđ de eis manet ꝑ penitẽtiã ſequenteꝫ ac-
cepte fiũt. Satiſfactiones autẽ que nõ re-
linquũt aliquẽ effectũ ĩ ſatiſfaciẽte poſtq̃ꝫ
actus tranſit. oportet ꝙ iterẽtur. ſicut ẽ de
orõne ⁊ ſimilibꝫ. Act⁹ enĩ interior q̇ tota-
liter trãſit. nullo mõ viuificatur. h̃ oportet
ꝙ iteretur. Alber. magn⁹ addit ⁊ Guilhel.
ꝙ talis tenetur ad penitentiã poſtea ſuſci-
piendam ſiue ſatiſfactionem. non tñ eſt ei
imponẽda tãta penitẽtia quanta ſi nulla
fuiſſet impoſita. qꝛ ꝓſumendum ẽ ꝙ ꝓpter
illam prius iniũctam quam fecit licet extra
charitatẽ. domin⁹ maiorẽ contritionem ei
dederit. et non eſt in peccato mortali qui

eſt contritus·hec ille. Ergo laudabilis cō-
ſuetudo eſt qñ homo vult perficere pẽni-
tentiã iniũctam ſibi vt priꝰ ꝯterat̃ ꝺ pcc̃is
ſuis ⁊ ĩ contritione pẽnitentiam perficiat.

¶ Ultimo notãdũ ẽ exemplũ in quo dei
N mĩa ꝑfecte cognoſcit̃ ſuꝑ pẽnitẽteſ. Legit̃
ĩ dialo· Ceſarij· ꝙ tꝑale Inno· papẽ· mu-
lier q̃dam igne libidinis incẽſa· q̃ ꝓprium
illecebriter adamauit filiũ· de quo ꝯcepit
aliũ filiũ. Terrore ꝑculſa ·et quõ ſe ſatha-
nẽ tradere vellet et morte ſubitanea mori
deſperãs de ſatiſfactione auxiari cepit· ꝑ-
habito priꝰ ꝯſilio ſacerdotis ſui· infantu-
lum ſecũ tollẽs: Romã venit· ⁊ cũ magna
importunitate ⁊ magna ꝯtritione domini
Inno· papẽ oculis ſe ingeſſit· cũ tãtis la-
chrymis ⁊ clamoribꝫ· cũctis audiẽtibꝫ fa-
ciens ꝯfeſſionẽ· vt oĩes verterent̃ ĩ ſtupo-
rem· geſtauit enĩ in brachijs infantẽ com-
miſſi facinoris teſtẽ: Uidens dñs papa in
muliere tantã ꝯtritionẽ· ⁊ qꝛ vere pẽnitẽs
eſſet· miſericordia motus ſuꝑ eã· ſicut pru-
dens medicꝰ volens infirmitatẽ plene cito
curare· ⁊ medicinã verẽ cõtritionis ꝓbare·
ꝑcepit vt in tali veſte corã eo appareret· in
quali venerat ad filiũ cuꝫ peccaret. At illa
ꝯfuſionem ẽternã tꝑali anteponẽs: Mox
exiuit· veſtes exuit· ⁊ in camiſia redijt· ⁊ q̃ꝫ
ꝑatiſſima foret ad omnem ſatiſfactionem
oſtẽdit. Conſiderans vir beatiſſimus tali
obediẽtiẽ· tali verecundiẽ· tali pẽnitentiẽ
nulliꝰ pctĩ pẽnã poſſe obſiſtere· coraꝫ oĩbꝫ
dixit ad mulierẽ: Dimiſſum ẽ peccatũ tuũ
vade in pace· ⁊ nil amplius iniũxit ei. Au-
diuit h̃ q̃daꝫ de cardinalibꝫ murmurãdo
papã repꝛhendit ⁊ dixit· ad tantã culpam
tam breuẽ pẽnitentiaꝫ non ſufficere. Qui
rñdit: Si ego iniuſte egi cũ iſta muliere· ⁊
ſi ĩſufficiẽs ẽ ei iſta pẽnitẽtia corã deo· tũc
diabolus habeat poteſtatem ingrediendi
corpꝰ meũ· ⁊ corã oĩbꝫ me vexet. Si ve-
ro iniuſte me repꝛhendis ſil̃e tibi fiat. Sta-
tim diabolꝰ eũdeꝫ cardinalẽ vexare cepit·
ꝑ cuiꝰ vexationem oſtendit perfectam pẽ-
nitentiam mulieris· tandeꝫ cõmuni oꝛone
purgatus cardinalis diuinẽ miſericordiẽ
de cẽtero cõtradicere nõ ꝑſumpſit.

## ¶ In eadeꝫ dñica. Sermo .xliiij. De penitentia vera et falſa.

P Enitentiam
agite appropinq̃bit enĩ regnũ
dei. Matth. iij. Ariſto. v. phy-
ſicoꝝ. Oĩs motꝰ tẽdit ad aliquẽ termi-
nũ ꝑ debita media. Terminꝰ motuũ nroꝝ
eſt regnũ cẽloꝝ· ad qꝺ ꝑueniemꝰ ꝑ veraꝫ ⁊
durã pẽnitẽtiaꝫ. Ergo dꝛ ĩ verbis ꝓmiſſis
Pẽnitẽtiã agite ⁊c. Ex q̊ ẽ iã tꝑs pẽnitẽ-
tiẽ· ĩ pñti ſmone dicẽdũ ẽ de illis q̊ agunt
verã pñiaꝫ ⁊ q̊ falſã. ¶ Pro quo ſciẽdũ R
ꝙ decẽ gnã hoĩuꝫ agunt pñiaꝫ· q̃rũ vnũ
genꝰ hoĩuꝫ verã pñiaꝫ agit· ⁊ alia nouem
genera hoĩuꝫ falſã ⁊ ĩfructuoſaꝫ agũt pẽ-
nitẽtiã. Primi q̊ falſã pñiaꝫ agũt ſũt qui
ꝯfitẽt̃· ⁊ tñ nõ ĩtegre oĩa pctã· ſ; aliq̃ ſcient̃
occultãt. Illã ꝯfeſſionẽ deꝰ nõ acceptat· qꝛ
oportet hoĩeꝫ pẽnitentẽ oĩa pctã ꝯfiteri q̃
cognoſcit ſe cõmiſiſſe· ſi vult remiſſionem
pctõꝝ cõſequi a deo· qꝛ deꝰ vnũ pctm̃ ſine
alio nõ dimittit. Vñ Deut. xxxij. Dei ꝑ-
fecta ſũt opa: Deꝰ enĩ non põt dimidiare
grãꝫ ſuã ita ꝙ ꝑteꝫ dimitteret· ⁊ ꝑtem re-
ſuaret. Unde verſus. Larga dei pietas
veniã nõ dimidiabit. Aut nihil aut totuꝫ
te lachrymãte dabit. ¶ Circa qꝺ ſciẽduꝫ
ꝙ ꝯfitẽs dꝫ duo facere. Primo dꝫ reme- S
morari oĩa pctã ſua· ⁊ oĩe poſſe ſuũ face-
re audiẽdo ſmones· ⁊ ad memoriaꝫ reuo-
cãdo q̊bꝫ loc̃ ⁊ q̊bꝫ tꝑibꝫ ⁊ q̃tiens ꝑ totuꝫ
annũ ꝯ deũ fecerit. Scđo dꝫ deũ rogare
vt ſibi reuelet· ⁊ coꝛ ſuũ illumĩet ad cogno
ſcendũ pctã ſua· ⁊ ſic tũc accedere ad ꝯfeſ-
ſionẽ· ⁊ oĩa pctã nude ⁊ apte ꝯfiteri· ſic ꝙ
ꝯfeſſoꝛ plene ĩtelligat· nullũ ex hũana ve-
recũdia palliando vl̃ obticendo· ⁊ ſic hr̃e
ſummã ſpem ꝺ indulgẽtia oĩuꝫ pctõꝝ· qꝛ
ſi q̊s centũ pctã mortalia cõmiſiſſet· ⁊ ſuã
diligentiã faceret· audiendo ſermones· et
ſcrutãdo ſuã cõſcientiã ad recognoſcẽdũ
ſua peccata· ⁊ non poſſet plura peccata q̃ꝫ
decẽ recognoſcere· ⁊ illa ĩtegraliter cõfite-
retur· ⁊ libẽter vellet oĩa alia ꝯfiteri ſi ea
cognoſceret· tũc deꝰ oĩa pctã iaꝫ cõfeſſa et
oblita ſibi indulgeret. Sic etiã ecõtrario
ſi q̊s deceꝫ pctã mortalia cõmiſiſſet· ⁊ ſolũ

novem confiteretur ꝛ vnum de his ſciēter
obticeret nullā veniā ↄſequeret᷑. Vn̄ Am
bro. Nō enim quiſq̄ȝ a peccato iuſtificari
poterit. niſi peccatū ante confeſſus fuerit.
I ¶ Unde nota exēplū. Erat q̄dā rex qui
habuit filiā deuotā ꝛ caſtam. q̄ ſꝑ habuit
vnū numeꝝ paupeꝝ viduaꝝ ꝛ pupilloꝝ
q̄s ꝓpt᷑ deū nutrierat. q̄ ꝓpoſuit īttrare reli
gionem ꝛ papā ↄſultū habuit. q̇ audiens
ꝙ tot bona fierēt ab ea in terra paupibus.
diſſuaſit ingreſſū. q̄ poſtmodū oculos ſu/
os ī quēdā ſcriptorē iniecit. q̇ ei miſtrabat
ad mēſam. ꝛ ex tali viſione ꝛ ↄcupiſcentia
cecidit in lapſum carnis. ꝛ ↄcepit pueꝝ. q̄
territa ꝓpt᷑ h̄ factū. timens ſe dehoneſtare
totū regnū ꝛ totā ꝑentelā. conſuluit quā/
dam vetulā antiquā q̄ fecit ei aborſū. Et
ex hac re filia regis ↄtriſtata et ꝑturbata
ꝙ ampli⁹ vel raro viſa ē ridere vel gaude/
re. Ad quā pater ait: Tu ſꝑ es perturbata
nec delectaris ī his q̄ ſūt mūdi. Ecce mihi
placet vt intres aliquā religionē. q̄ ingreſ/
ſa religionē ita ſerioſe vixit ꝙ raro viſa eſt
cū puellis ↄuerſari uel lętari. ſic ꝙ fuit ex/
emplū oībꝫ virginibꝫ q̄ tādē infirmata
ꝗuiter defūcta ē. Et infra. xxx. dies appuit
abbatiſſę dicens ſe dānatā eſſe. Et abba/
tiſſa ait. quō h̄ ē factuȝ cū tu tam religioſe
vixiſti ꝙ fuiſti ſpeculū oīuȝ noſtꝝ: Rn̄dit
ſe quoddā peccatum cōmiſiſſe ī ſęculo. qḋ
ꝓpt᷑ verecūdiaȝ humanā nunq̄ȝ ↄfeſſa fuit
q̄ȝuis ſꝑ ꝓpter h̄ doluiſſet ꝛ ſꝑ triſtis erat.
Et ē illud. ꝙ ꝑdidi meam virginitatem. ꝛ
inſuꝑ pueꝝ quē ↄcepi. occidi. ꝛ ſi h̄ pecca/
tū ↄfeſſa fuiſſem. de⁹ mihi indulſiſſet. etiā
ſi milleſies h̄ cōmiſiſſem. ꝛ q꞉ obticui. ideo
K ęternaliter dānata ſum. ¶ Secūdi ſūt q̇
oīa pctā q̄ ī memoria habēt ↄfitentur. ꝫ
retinēt vnū vel plura ī volūtate iteꝝ faciē/
di. Iſtis nō ꝓficit talis ↄfeſſio. q꞉ ſic̄ nul/
lum peccatū reſeruādū ē in actu. ſic etiam
nec ī volūtate q̇libet ꝑnitens dȝ hr̄e vo/
lūtatem ampli⁹ nō peccādi. ſi vult ↄſequi
remiſſonē pctōꝝ. Signū aūt ꝙ q̇s nō ha/
beat amplius volūtatē peccādi ē. qn̄ non
ſolū poſtponit pctā. ꝫ etiā occaſiones pec/
catoꝝ. h̄ ī illis apparet q̇ veracit᷑ ↄuertūt᷑
ꝛ firmum ꝓpoſitū habēt ſe emēdandi. Et

tales ꝓijciāt ſuꝑbū habitū cum capucijs
magnis. crinalia. ꝛ pepla cū q̇bꝫ peccaue/
rūt. q꞉ vere pęnitētes debēt abijcere ꝛ poſt/
ponere illa q̇b⁹ ad peccādū vtebāt᷑. Ergo
ſi ↄfeſſor q̄rit an ipſe ↄfitēs pl⁹ talia com/
mittere velit. Et ſi reſpondit vere pęnitēs.
Nunq̄ȝ ad mortē: Tūc dȝ dicere cōfeſſor.
Habes adhuc illa ornamenta cū q̇bꝫ pec/
caſti. ad q̇d valēt tūc ſi ampli⁹ nō vis vti
illis ad peccanduȝ. Nec talia debes dare
filijs vel filiabꝫ tuis. ne des eis occaſioneȝ
peccandi. alias reus eris oīuȝ pctōꝝ q̄ ipſi
cōmittūt. Ergo ver⁹ pęnitens dȝ abijcere
non ſolū actū. ꝫ etiā volūtatē ꝛ occaſionē
peccādi. Vn̄ ſi q̇s illicite choriçaſſet ꝛ actū
luxurię extra matrimoniū commiſiſſet. vl᷑
inebriat⁹ fuiſſet. vel etiā ſuā ꝓpriā vxorem
ſine cauſa ꝛ ratione percuſſiſſet. q̄ȝuis illa
oīa ↄfiteret᷑. tn̄ ſi nō haberet firmū ꝓpo/
ſitū ampli⁹ talia dimittēdi. ↄfeſſio ſua ſibi
nil proficeret. Ergo oportet ī tali ꝓpoſito
ad cōfeſſionē accedere. ꝙ ampli⁹ nō velis
illicite choriçare. nec ſuꝑbire. nec ad taber/
nas ire ꝛ inebriari. nec vxorē tuā legitimā
nec alios hoīes verbo vel facto moleſtare.
¶ Tertij ſūt q̇ dolēt de peccatis et cōfitent᷑ L
peccata ſua. ꝫ ablata nō reſtituunt. Illis
ↄfeſſio nihil ꝓficit. Quia ſcḋm Aug. Pec
catū nō dimittit᷑ niſi ablatū reſtituat᷑. Et
in h̄ nō pōt ille excuſari q̇ hȝ facultateȝ re/
ſtituēdi. Sȝ ſi nō poſſunt. ſufficit volun/
tas. Sciēdū aūt ꝙ q̇libet ſtatim reſtitue/
re ꝛ ꝓximo ſuo ſatiſfacere tenet᷑ anteq̄ȝ ad
cōmunionē accedat ſi cōmode pōt. Sȝ ſi
diceres. quō dȝ fieri reſtitutio: Rn̄detur
ſi furtū cōmiſſum ꝑ te ē occultū. reſtitutio
debet fieri ꝑ ſacerdotē vel ꝑ cōfeſſorē ſine
expſſione tui noīs ne teipſum infamet. vel
alia notificatione q̄ vl᷑ directe vel īdirecte
duceret ī tui cognitionē. vel ſi iā cōmode
non pōt fieri reſtitutio. tūc ꝑ eundē ſacer/
dotē debet petere dilationem ab alio. ꝛ ſi
nolit tibi dare. tūc teneris recedere ab oībꝫ
bonis tuis vſq̄ȝ ad extremā neceſſitatem.
ut ei indilata reſtitutio fiat. Sciendū aūt
ꝙ q̇ debita tenentur ſoluere ꝓximis. ſi ter/
minus ſolutionis aduenerit et pōt ſoluere
ꝛ nolunt. tales nō debent abſolui a pctīs

nec ad cōmunionē accedere niſi om̄ia ſol-
uant. Itē ſciēdū ꝙ nō ſolū magna ablata
ſūt reſtituēda ſ etiam parua. Verbi grā.
Si ad pratū ꝓximi tui iuiſſes ⁊ ei ꝯ volū-
tatem ſuā vnū pannū plenū graminibus
abſtuliſſes. vl' ſi etiā alios fructus. vel ſi in
ſeminibꝫ ſciēter damnū ei cū pecoribꝫ tuis
intuliſſes. vel botros. pira. poma accepiſ-
ſes. tūc teneris ſm̄ cōſiliū confeſſoris ꝓ his
om̄ibꝫ ſatiſfacere. Vn̄ ſciendū ꝙ ſi q̊s di-
uerſis hoībꝫ parua dāna ītuliſſet. ſ igno-
rat q̊bꝫ. tūc talis dꝫ facere vnā ſummā de
om̄ibꝫ illis puis rebꝫ. ⁊ tūc cū ꝯſilio ſui ſa-
cerdotis vel ꝯfeſſoris debet illā ſummam
dare ad ſtructurā alicuiꝰ eccliȩ. Et ſignā-
ter ad illā eccliaꝫ ī cuiꝰ ꝓchia illa dāna
fecit. aut pōt illā dare paupibꝫ. cū cōſilio
tn̄ ſui ſacerdotis. Itē notandū ꝙ vſurariꝰ
q̊ vſuraꝫ accepit. ⁊ luſores q̊ ex auaritia et
ꝓpter lucꝝ luſerūt. ⁊ mercatores q̊ emendo
vel vēdendo ꝓximos deceperūt. ⁊ mȩcha-
nici vel laboratores q̊ in laboribꝫ ſuis ſci-
enter fraudem cōmiſerūt. et ſerui et ancillȩ
q̊ bona dn̄oꝝ ſuoꝝ abſtulerūt. omnes illi
nō poſſunt abſolui niſi reſtituāt. Vn̄ dī
ī decre. Falſa penitētia ē cū aliena non re-
ſtituūt'. lūij. diſ. General'. xiiij. q. vi. Si res
ꝛc. Vn̄ Augꝰ. ⁊ ponitur in decre. Nō di-
mittit' peccatū ꝛc. ¶ Item ſciēdū ꝙ iſta Y
reſtitutio nō ſolū ē ītelligēda de rebus. ſ
etiā de fama ⁊ honore hoīs. Grauiꝰ enim
peccamꝰ auferēdo ꝓximo famā bonā. q̄ꝫ ſi
auferamꝰ ei quaſcūqꝫ res tp̄ales. qꝛ fama
ē melior q̄ꝫ aliquȩ res tp̄ales poſſunt eſſe.
Salo. puer. xxij. Melius eſt nomen bonū
q̄ꝫ diuitiȩ. Ex quo patet ꝙ detractores
bonȩ famȩ peiores ſunt q̄ꝫ fures ⁊ raptores
rerum tp̄aliū. Ambro. Tolerabiliores ſūt
fures qui bona tp̄alia diripiunt. q̄ꝫ detrac-
tores q̊ bonā famā nr̄am dilacerāt. Ergo
q̊ falſe ꝓximū infamat. tenet' erga illos ad
quos dixit reuocare ſi vult ꝯſequi veniaꝫ
ſuoꝝ pctōꝝ. ǭ detractores illi difficult' ſa-
tiſfaciūt. Unde Hieroꝰ. Nō facilis venia
praua dixiſſe de rectis. Silr̄ illi ǭuiter pec-
cant q̊ detractores libēter audiūt. Unde
Bern̄. Detrahere an detrahentē audire.
q̊d hoꝝ damnabiliꝰ ſit nō facile dixerim.

Vn̄ iter om̄ia peccata difficiliꝰ dimittūt'
illa duo pctā ſcꝫ detractio ⁊ iniuſtaꝝ rerū
ablatio. Et rō eſt. qꝛ ibi nō ſufficit ꝯtritio
nec confeſſio. niſi fiat famȩ bonȩ ⁊ reꝝ re-
ſtitutio. ¶ Quarti ſūt q̊ ꝯfitent' pctā ſua A
nec tn̄ ſuis offenſoribꝫ indulgere volūt. et
talis ꝯfeſſio nō ē ꝯfeſſio. qꝛ nequaq̄ꝫ deus
dimittit ſuā offenſā. niſi ⁊ nos nr̄is offēſo-
ribꝫ dimittamꝰ. Vn̄ Augꝰ. Unuſquiſqꝫ
talem indulgetiaꝫ accepturꝰ ē a deo q̄lem
ipſe dederit ꝓximo. Sꝫ diceres. qualiter
optet me indulgere inimicis meis. Rn̄det'
ꝙ ſic oportet te indulgere vt videlicet nō
velis te ex vindicta vel rancore vindicare
nec verbo nec facto. Itē vt nec vindictaꝫ
petas a deo ſuꝑ ipſū euenire ī futuꝝ. Iteꝫ
vt ei oīa ſigna cōmunia charitatis exhibe-
as. q̄ alijs hoībꝫ ꝓ̄bere conſueueras. ſ. lo-
quēdo. obuiando. ſalutādo. ⁊ ſic de alijs
Sꝫ ꝯtra h̄ faciūt. q̊ nolūt aliquibꝫ loqui.
nec ad domos coꝝ ire. nec eos ī via ſaluta-
re. nec ſalutātibꝫ rn̄dere. q̄ oīa ſunt ſigna
rācoris ī corde. q̄ꝫuis dicāt ore ſe eis īdulſiſ-
ſe. Vn̄ Haymo ſuꝑ Matth̄. Nil ꝓdeſt
ore dimittere ſi ſuāt irā ī corde. Ergo ve-
re pȩnitēs nō ſolū ore ſ etiaꝫ corde dꝫ in-
dulgere. Vn̄ ⁊ tāta poſſet eſſe iniuria ⁊ of-
fenſa. ⁊ ex tāto feruore poſſet q̊s indulgere
⁊ ignoſcere eā ī ſe delinquēti. ꝙ per h̄ ꝯſe-
queret' remiſſionē omnium pctōꝝ. Unde
Gregꝰ. Qui ī ſe peccāti clemēter indulſit.
nullū peccati veſtigiū ī eiꝰ aīa remanebit.
Exemplū. Erat q̊dā miles q̊ occidit pr̄em
alteriꝰ militis ꝛc. quȩre infra ſmōe. xxx. S.
Sciēdū tn̄ ꝙ qn̄ q̊s alteri īiuriā facit. tūc
ille tenet' offenſaꝫ dimittere. ſ iuſticiā pōt
ab eo exigere vt ſatiſfaciat ⁊ dānū recōpē-
ſet ſm̄ ꝙ iuſticia dictauerit. Quinti q̊ ſi
vere pȩniteant ⁊ ꝯfiteant' pctā ſua oīa. tn̄
īmediate recidiuāt. talis pn̄ia erit eis īuti-
lis. Vn̄ Augꝰ. Inanis ē pȩnitētia quaꝫ
ſequēs inq̊nat culpa. Ideꝫ nil valet ī mal'
veniam poſcere et mala denuo iterare.
Sciēdū ꝙ recidiuās poſt q̄ꝫ ē ꝯſecutus B
remiſſionē oīuꝫ pctōꝝ ⁊ denuo peccat. pe-
ior efficit' q̄ꝫ antea fuit. Luc. xi. Erūt no-
uiſſima illiꝰ peiora priorib𝔷. Itē tales deuꝫ
grauiter offendunt ꝓpter ingratitudinem

Vñ. Iſido. de ſū. bon. Deriſor ⁊ non pe-
nitēs ē q̄ adhuc agit ꝓpt̄ qđ penitet. Ver
bi grā. Ebrioſus đ ebrietate ſua ꝯfitet̄. et
tñ ecōuerſo ſtatim pꝰ paſca inebriat̄. Silr
blaſphemꝰ. iracūdus. luxurioſus. et ſic de
alijs. Ergo pnīa vera dꝫ eſſe pſeuerās. h̄
eſt vt ſemp doleat ſe peccaſſe ⁊ intm̄ pctm̄
ei diſpliceat. vt nunq̄ꝫ ei libeat reiterare.
Hugo de ſanct. vict. Qñ deꝰ p ꝯtritionē
abſoluit hoīem a pctīs. ligat eū perpetuo
vinculo deteſtationis. vt pctm̄ de cetero
ſp deteſtet̄. Matth. x. Qui pſeuerauerit
C vſq̄ꝫ ī finē h̄ ſaluꝰ erit. ¶ Sexti ſūt q̄ ꝯfi-
tent̄. tñ ꝓpt̄ multitudinē pctōꝝ vel ꝓpter
malā ꝯſuetudinē diffidunt ſe facere poſſe
pnīaꝫ nec p ꝯſequēſ veniā ꝯſequēt̄. Augꝰ
Pnīa q̄ ex fiducia nō ꝓcedit. inutilis ē et
ſterilis manet. ⁊ ſine mīa. Vnde Ambro.
Nō pōt bñ agere pnīaꝫ q̄ nō ſperat īdul-
gētiā. Sic Caym egit pnīam dicēs: Ma-
ioꝛ ē iniq̄tas mea q̄ꝫ vt veniā merear. Sic
etiā iudas pnīaꝫ egit dicens: Heu q꞉ tra-
didi ſanguinē iuſtū. ⁊ ſic deſperans ſeipſū
ſuſpēdit. Vñ Leo papa in q̄dā ſermone.
Sceleratioꝛ oībꝫ o iuda et infelicioꝛ exti-
tiſti. quē nō penitētia duxit ad dñm. ſed
deſpatio traxit ad laqueū. Vñ verꝰ peni-
tens dꝫ cū fiducia bona cōfiteri. ⁊ pnīam
agere. etiā ſi mille millia pctā mortalia cō-
miſiſſet. Vñ Bern. Maioꝛ ē dei pietas
q̄ꝫ quevis iniq̄tas. xxvi. q. vi. His q̄. Si-
cut eñ ſcintilla ī medio maris. ita oīs ini-
q̄tas hoīs ad dei mīaꝫ. imo nulla ē cōpa-
ratio q̄ ad pctā hoīuꝫ q̄ ſunt finita. ⁊ q̄ ad
mīaꝫ dei q̄ ē infinita. Vnde Ariſto. viij.
phyſicoꝝ. Finiti ad infinitū nulla ē ꝓpoꝛ-
tio. Vnde dñs dicit per Ezech. xviij. In
q̄cūq̄ꝫ hoꝛa pctōꝛ īgemuerit ſaluꝰ erit. Idē
Nolo moꝛtem peccatoris ⁊c̄. Septimi
ſūt q̄ ꝯfitēt̄ pctā ſua. ⁊ tñ nō reſignāt offi-
cia ꝓhibita. q̄ ſine moꝛtali pctō perficere
nō pñt. Octaui ſūt q̄ ꝯfitent̄. ex ꝯſuetu-
dine ⁊ timoꝛe hūano non ex grā vel chari-
tate. Et talis ꝯfeſſio nō ē deo accepta nec
homī ſalutifera. q꞉ nō ex charitate ꝓcedit
ſ꞉ ſolū ex timoꝛe hūano et ex verecūdia. vt
ſe alijs chꝛiſtianis ꝯfoꝛment. et ne ab alijs
D hoībꝫ deſpiciāt̄. ¶ Et illoꝝ q̄ ſolū ex ti-
moꝛe ⁊ verecūdia hūana ꝯfitētur ſūt duo
ſigna p q̄ cognoſcūt̄. Primū ē q tales dif
ferūt ſuā ꝯfeſſionē vſq̄ꝫ ad vltimam ſepti-
manā. ⁊ tūc q꞉ vltra differre non poſſunt
ꝯfitent̄ ex q̄daꝫ q̄ſi verecūdia ne videant̄
eſſe heretici vel pagani. ⁊ ne poſt moꝛtem
priuētur eccleſiaſtica ſepultura. q꞉ ſm̄ ius
canonicū q̄ nō ꝯfitent̄ in q̄ddrageſima nec
cōmunicāt ī paſca. nō debēt ſepeliri in ce-
miterio vel in aliq̄ loco ſacrato ſ꞉ ī campo.
Sꝫ ſi liceret et nō eēt verecūdia. tūc tales
q̄ ſic differūt ꝯfeſſionē ſuā vſq̄ꝫ ad vltimā
hebdomadam cū tñ bñ habuiſſent tp̄s et
opoꝛtunitatē cōfitendi. vlteriꝰ different. ⁊
raro vel nunq̄ꝫ ꝯfiterent̄ ſi hoīes nō time-
rent. ⁊ h̄ ē ſignū q non habēt grām. q꞉ ſm̄
Greg. Gratia dei nō ē ocioſa. opat̄ enim
magna ſi ē. Vñ Bern. O bone ieſu nō ē
amoꝛ tuꝰ ocioſus. q̄ te diligūt nō toꝛpeſcūt
nō ē amoꝛ tuꝰ trāſitoꝛiꝰ ſ꞉ eternus. Ex his
ſequit̄. q ſi tales haberēt grām ⁊ charita-
tem. tēpeſtiue fuiſſent moti ad cōfeſſioneꝫ
⁊ ad pnīaꝫ agēdā vt digne poſſent cōmu-
nicare ⁊ ſacrm̄ accipe. ⁊ vt opa eoꝝ eſſent
deo accepta. q꞉ vnū pater nr̄ vel vna dies
ieiunij poſt ꝯfeſſionē ⁊ cōtritionē plꝰ valet
q̄ꝫ mille añ. vel q̄ꝫ ſi totā q̄drageſimam ie-
iunarēt ī vno pctō moꝛtali. Scđm ſignuꝫ
eſt. q tales tā cito poſt paſca recidiuāt et
in nullo vitā ſuam emendant. q꞉ īmedia-
te pꝰ paſca viuūt ſicut ante vixerūt ⁊ eadē
peccata iterato cōmittūt que antea ꝯfeſſi
fuerūt. Et h̄ eſt ſignū q non ſunt vere pe-
nitētes ſ꞉ ficte. et q nō ex charitate ſ꞉ ex cō-
ſuetudine pnīaꝫ egerūt. nec firmū ꝓpoſitū
emēdandi ſe habuerūt. Et de h̄ quere ex-
emplū de illo q̄ triginta duos ānos oꝛa-
uit p pr̄e ſuo defūcto. ut infra ſmo. xcij. No-
ni ſūt q̄ ꝯfitēt̄ ⁊ pnīaꝫ ſuſcipiūt. ſed
eandē pnīaꝫ nō pficiūt. ⁊ talis ꝯfeſſio non
ꝓficit ad ſalutem. h̄ ptꝫ ex eo. q꞉ eſt vnꝰ ca-
ſus đ q̄ttuoꝛ caſibus in quibꝫ confeſſio eſt
iterāda. Hoc quere ante ſermo. xliij. N.
¶ Decimi ſūt q̄ vere penitēt et q̄rū pnīa E
ē ſalubꝛis ⁊ ꝓficua. vt ſunt illi q̄ dolent de
oībꝫ pctīs ſuis. ⁊ cōfitentur oīa peccata
ſua integre in q̄bꝫ cognoſcūt ſe deliquiſſe
et habēt firmū ꝓpoſitū amplius nūq̄ꝫ velle

peccare·z parati ſunt ſatiſfacere ſm conſi-
lium ſui cõfeſſoris·z ſm ſuã poſſibilitatez
z qui iſtam habẽt· illi remiſſionem pctoꝝ
ſuoꝝ cõſequẽt·etiam ſi tot peccata cõmi-
ſiſſent·quot ſunt guttę in mari·qz mĩa dei
ſuper omnia opa eius. Et de iſta materia
quęre ſupra ſermo.xx.N. Itẽ.xiiij.F. Itẽ
ſermone·xliij.Q.

## Dominica i paſſione. Ser. xlv.

Tulerũt ergo
lapides ut iacerẽt in eũ. Ioh.
viij. Ariſto. viij. ethicoꝝ. Vera amicitia
habet reamationẽ·z quia chriſtꝰ vere nos
dilexit·ſm illud Ioh.xv. Maiorem cha-
ritatem nemo habet vt animam ꝛc. Ideo
de iure debemus eum reamare·z ſpeciali-
ter in hoc·vt paſſionẽ eius ſemper ĩ mente
habeamus ac grãs ei referamus. Igitur ĩ
verbis p̄miſſis paſſio chriſti ad memoriã
reducitᷣ·vbi dĩ: Tulerũt lapides ꝛc. No-
tandũ ꝙ hᷣ dñica vocatᷣ dñica ĩ paſſione·
qz occaſione reſuſcitatiõis Laçari·iudei
celebrauerunt ꝯſiliũ in ſabbato ſicut heri·
z diffinierũt oĩes cõſentiẽtes in necẽ dñi
firmiter cõſpirando. Igitur eccleſia dño
ſuo chriſto cõpatiẽs·ĩcepit ſic heri ĩ nocte
cãtare de paſſione chriſti·z ſingulis dieb᷒
cõtinuat vſqz ad paſceuẽ. Vñ in preſenti
ſermone de paſſione dñi tria ſunt dicẽda
Primo q̄re eccleſia cũ luctu p̄uenit paſſi-
onem chriſti. Scḋo quot modis iudei q̄-
ſierunt ieſum interficere. Tertio in quibus
F chriſtus paſſus ẽ pro nobis. Quantũ
ad primum ẽ ſciendũ·ꝙ eccl'ia hodie ince-
pit legere et cãtare de paſſione chriſti·vo-
lens in hᷣ ſeruare modũ antiquoꝝ·q̇ lõgo
tpe flebant in veteri teſtõ·mortem alicuiꝰ
reuerendę pſonę·et p̄cipuę ſi fuit ſanctus
hõ. Vñ ioſeph cũ egyptijs ſeptẽ diebus
fleuit patrẽ ſuũ Iacob. Geñ. vlt. Et filij
iſrael ĩ cãpeſtribꝰ Moab.xxx. dieb᷒ fleue-
runt moyſen defunctũ. Deut.xxxiiij. Sic
eccl'ia qz ñ vult flere chriſtũ iã reſuſcitatũ
ideo p̄uenit eũ deflere multis dieb᷒ añ diẽ
mortis·ut ſic multis dieb᷒ rite deflendo paſſi-
oni ſuę ſe cõdolere oſtẽdat. Et merito qz
ipſe ẽ ſanctus ſanctoꝝ. Et ꝓpter hᷣ legitur
ĩ ep'la hodie de effuſione ſanguinis chriſti
et de redemptione hũani generis p ipſum
facta. Scḋo vt q̇ p circulũ anni nõ cõ-
patiũtᷣ chriſto·mõ illo ſacratiſſimo tpe in-
citentᷣ ad compatiendũ chriſto. Tertio
vt ſi aliq̇ adhuc nõ ſuſceperũt crucẽ pęni-
tẽtię ſaltẽ mõ ꝓuocati paſſione chriſti ac-
cipiãt crucẽ pęnitẽtię. Qui enĩ a peccatis
alio tpe nõ cauebãt·ſaltẽ hᷣ tpe debẽt ca-
uere. Et q̇ añ nõ erubeſcebãt ḋ ſuis pctis·
nunc ſaltẽ erubeſcãt·qm̃ ſol irrationalis
creatura cõpatiendo creatori ſuo hᷣ ſacro
tpe ſe opuit·quaſi erubeſceret ꝙ pro pctõ
creaturę ſuę creator moreretur. Et qui pri-
ꝰ nõ timebat nec dolebat de peccatis ſuis
modo debet dolere z timere cum paſſionẽ
creatoris et ſaluatoris ſui audit·ad quam
terra tremuit. Alioquin terrę ponderoſior
eſſe videretur·et durior ſaxis quę ſciſſa ſũt
tempore paſſionis chriſti. Vnde Greg.
Cũ ſaxa ĩ paſſiõe chriſti ſciſſa ſũt·duriora
corda illa videntᷣ·quę audita paſſione dñi
nõ ſcindũtᷣ. Item q̇ prius nõ confitebantᷣ
pctã ſua·mõ ſaltẽ ꝯfiteãtur ea tpe paſſio-
nis·ad quã monumenta apta ſunt. Alio-
quin labia eiꝰ tenaciꝰ cõglutinata viden-
tur·qꝫ lapides in monumẽtis cemento ad
inuicẽ cõpacti. Itẽ qui prius nolebãt deo
ſeruire·modo iſto ſacro tpe ſeruiãt deo qz
amarã mortẽ ſuſtinuit p ſalute aĩaꝝ ſuaꝝ
Eſa.xliij. Seruire me feciſti pro peccatis
tuis·p̄buiſti mihi laborẽ in iniquitatibus
tuis. Vñ etiã Bern. Vniuerſi ſiquidem
chriſtiani ſacra hac ſeptimana·aut p ſoli-
to more pietatẽ colũt·modeſtiã exhibent·
humilitatem ſectantᷣ·induũt ḡuitatem·ut
chriſto patiẽti qđãmodo cõpati videantᷣ.
Quis enĩ tã irreligioſus vt nõ cõpũgatᷣ:
quis tam inſolẽs vt non humilietᷣ: quis tã
iracũdus vt nõ ĩdulgeat: q̇s tam delicio-
ſus vt non abſtineat et ieiunet: quis tam
flagitioſus z luxurioſus vt non cõtineat:
quis tã malicioſus ut nõ pęniteat his die-
bꝰ: Mirabilis paſſio tua dñe ieſu chriſte·
q̄ paſſiões oĩuꝫ ꝓpulſauit ꝓpitiata ẽ oibꝰ
iniq̇tatibus·z nulli vnq̄ꝫ inuenitᷣ inefficax

Quid enĩ tã irrelaxabiliter ad mortem ſe
B h3 qđ nõ tua morte ſaluat? Quãtũ ad
ſcđm ſciẽdu3. ꝙ iudei chriſto q̃ter mortem
volebãt ĩferre. Priõ volebãt eũ occidere
cũ eẽt puul⁹ cũ gladio. vt herodes q̇ occi/
dit innocẽtes pueros ĩ bethleem et in oĩb⁹
ei⁹ finib⁹. Matth. ij. Sic eũ occidimus cũ
iſtos pſeq̇mur q̇ ſũt nouiter ad chriſtũ re/
uerſi. Silr cũ dam⁹ illꝰ pueri q̇ vſq3 adhuc
innocẽtiã ſeruauerũt malũ exẽplũ et occa/
ſionẽ peccandi. Silr deriſores bonoꝝ ho/
minũ q̇ qñq3 bona opera extinguũt ⁊ bo/
nas voluntates ĩ talib⁹ bonis hoĩb⁹ q̃s ſic
deridẽt ſubſannant. Vñ ps. Qui habi/
tat ĩ celis deridebit eos. Luc. vi. Eadem
mẽſura q̃ mẽſi fuerit̄ remetietur vob. Hi
oẽs iã dicti ſiles ſũt herodi. Scđo cõpa/
triote chriſti. de naçareth tẽptauerũt cum
occidere p̄cipitio. Luc. iiij. Ducẽtes eum
ad ſupciliũ mõtis vt p̄cipitarẽt eũ. Naça/
reth ĩterp̄tatꝰ flos. ⁊ ſignificat cor hoĩs ĩ q̇
chriſt⁹ delectatꝰ habitare tanq3 ĩ ſua ciui/
tate. q2 delitie ei⁹ ſũt eſſe cũ filijs hominũ.
Sic educunt eum indigne accedentes ad
ſacr̃m eucharıſtie đ naçareth. i. de flore ⁊
mãib⁹ mũdis ipſi⁹ ſacerdot̄. ⁊ p̄cipitãt eũ
ĩ fetidiſſimũ ſtabulũ cordis ſui qđ plenũ ẽ
ſpurcitijs pcti. Hoc figuratũ ẽ ĩ hieremia
miſſo ĩ lacu lutoſo Se3 audi q̇d h̄ dicat ce/
leſtis hieremias. ſ. chriſt⁹ Ecce ego ĩ mani/
bus vr̃is ſum. facite mihi qđ iuſtũ vob vi/
detꝰ. Et indigne cõmunicãtib⁹ dicit Apl's
i. Cor. xi. Quicũq3 mãducauerit pa. vel
bi. ca. do. ꝛc. Tertio iudei tẽptauerũt eu3
occidere lapidib⁹. ut ĩ hodierno euãgelio
dr̄. Tulerũt lapides. Iſti ſũt q̇ cum malis
cogitationib⁹ et p̄uerſis voluptatib⁹ eum
lapidãt. Silr ⁊ iſti lapides tollũt ꝯ eum q̇
ſe3 ingrati ſũt de ei⁹ bñficijs. ⁊ nõ ſolũ in/
grati ſ3 etiã inſenſati. Vñ etiam Aug⁹. de
ciui. dei. Quiſquis dei bñficia non videt
cec⁹ ẽ. nec laudat. ingrat⁹ ẽ. ⁊ q̃ſquis ĩ lau/
dando reluctatꝰ inſan⁹ ẽ. Quarto occide/
rũt eũ crucifigẽdo ipſũ. Et tales ſũt q̇ iam
chriſtũ blaſphemãt iurãdo per vulnera ⁊
ſanguinẽ et mortẽ ipſi⁹. De q̃b⁹ dic̄ apl's
Heb. vi. Rurſũ crucifigẽtes filiu3 dei. Et
de pctõ blaſphemie q̃re infert⁹. ſer. cliij. O

Quantũ ad tertiũ ſciẽdũ ꝙ chriſt⁹ pati D
voluit ĩ oĩb⁹ in q̃b⁹ nos peccam⁹. Pecca
mus enĩ ĩ tribus. ſ. corde. corpore. ⁊ ĩ reb⁹.
In his oĩa pctã que cõmittunꝰ includũtꝰ
q2 ſicut Eſa. dic̄. Dñs poſuit in eo iniq̇ta/
tes oĩu3 nr̃m: Ideo ⁊ in his oĩb⁹ pati vo/
luit. Priõ paſſus ẽ ĩ corde. q2 plenũ erat
oĩni triſticia. Vñ ipſe chriſt⁹ dixit ĩ mõte
oliueti ad diſcipulos: Triſtis eſt aĩa mea
vſq3 ad mortẽ. Pro q̇ ſciendũ ꝙ triſticia
chriſti ante paſſionẽ ei⁹ ex trib⁹ cauſabatꝰ.
Primo q2 oĩa q̃ pati voluit ꝓ redẽptiõe
generis hũani. ſibi p̄ñtia fuerũt. Cogno/
uit enĩ ſuã amara3 paſſionẽ ⁊ ſua debilia
mẽbra. Ergo qñ rogabat pr̃em in monte
oliueti dicẽs: Pr̃ ſi põt fieri trãſfer a me
calicẽ iſtu3: Tunc cepit triſtari. pauere. te/
dere. ⁊ ſanguinẽ ſudare. vt gutte p veſte3
ipſi⁹ vſq3 ad terram decurrerẽt. qđ alias
nunq3 auditũ fuit: Et ex h̄ pfecte cogno/
ſcitꝰ anxietas ⁊ triſticia cordis chriſti. Se/
cũdo ex hoc. q2 cum mors ſua p̄cioſa eſſet
ſufficiens redimere infinitos mũdos. ⁊ tñ
in tam multis pctõrib⁹ fruſtranda eſſet. et
adhuc ĩ futuro fruſtrabitꝰ. Nam chriſtus
cognouit ĩ illa hora mortis ſue oẽs hoĩes
q̇ ſaluãdi ⁊ q̇ dãnãdi eſſent. Ideo cõque/
ritꝰ đ dãnandis p Eſa dicẽs: Inuanũ la/
boraui ſine cauſa fortitudinẽ meã ꝯſum/
pſi. Tertio ſup oĩa triſtabatꝰ ſup blaſphe/
miã qua deitas pr̃is ſui ſpreta ⁊ blaſphe/
mata ẽ. Vñ licet multũ in flagellatione ⁊
coronatiõe ⁊ crucis affixione. ⁊ ſic de alijs
ppeſſus ſit et vehementer doleret. tñ ille
dolor intrinſec⁹ quẽ habuit de h̄ ꝙ inho/
norabatꝰ deitas. exceſſit oẽs alios dolores
Sic exẽplo chriſti in rectorib⁹ mundi eſſe
deberet. ꝙ ĩ nulla re intantũ triſtari debe/
rẽt ⁊ cõmoueri. ſicut de iniuria dei. Scđo
chriſtus paſſus ẽ in ſuo ſanctiſſimo corpe.
ſ3 quis h̄ ad plenum enarrare ſufficit. q̃ta
⁊ qualia pro nobis in ſuo ſanctiſſimo cor/
pore ſuſtinuit: Fuit enĩ p̄ noſũ ieſu mar/
tyriũ ex hoc ꝙ omnes artus ſui vulnerati
ſunt. ita ꝙ a planta pedis vſq3 ad verticẽ
in eo non fuit ſanitas vbi punctus acus E
poſſet infigi. Sed queritꝰ q̃re chriſtus
fuit ſic vndiq3 afflict⁹ ĩ toto corpe ⁊ ĩ oĩb⁹

mēbris. Rñdet̄ p̄rio iō q2 ꝓ oīb9 paſſus ē
⁊ hoīes ī oīb9 ſenſib9 et mēbris peccauerūt
iō ad ſatiſfaciēdū ī oīb9 paſſ9 ē artub9. ⁊ h̄
ē cogitādū cuilibet hoī ī memoria paſſiōis
chriſti ne ampli9 peccaret in illis mēbris, in
qb9 chriſt9 ꝓ eo paſſus ē. Scđo, ꝓpter vni-
uerſalē ei9 mancipationē. Vñ apl's. Pro
oīb9 mortu9 ē chriſt9. ut q̇ viuūt iā nō ſibi
viuāt. ſ3 ei q̇ ꝓ ipſis mortu9 ē. Tot9 igitur
mortu9 ē ut tot9 hō eēt ſu9. ⁊ ſibi ſuiret cū
toto corꝑe ⁊ oīb9 mēbris. ⁊ ad h̄ q̇libet etiā
tenet̄. Vñ apl's. Empti enī eſtis ꝑcio ma-
gno glorificate ⁊ portate deū ī corde ⁊ cor-
pore vr̄o. Tertio rōe ītegre dilectiōis quā
nob̄ oñdit cū totū corp9 ſuū et oīa mēbra
morti expoſuit. Vñ Bern̄. Si dñs nr̄ ie-
ſus chriſt9 habuiſſet tot mēbra ī corꝑe ſuo
q̊t ſūt ſtelle ī firmamento. ⁊ vnūqdq3 mē-
brū vitā3 habuiſſet. oīa ſingulatim morti
expoſuiſſet. añq3 vnā aīa3 ī faucib9 diaboli
dimiſiſſet. Tertio paſſus ē ī reb9 ꝑ pauꝑ-
tatē. Nā fuit pauꝑ pauꝑior pauperrim9.
Pauꝑ q2 veſtib9 denudat9 corā nob̄ ſu-
is. ⁊ corā oīm ꝑp'lo nud9 in crucē extēſus ē.
Pauꝑior q2 hauſtū vnū hr̄e ñ potuit qñ
dixit ī cruce: Sitio. vbi nec vinū nec cer-
uiſeā noīauit. ſ3 dixit ſimplicit̄: Sitio. ⁊ ꝓ
tūc ipſe creator mūdi d̄ oīb9 liquorib9 ī ex-
trema hora vite ſue vnū hauſtū hr̄e ñ po-
K tuit. Pro quo ſciēdū ꝙ chriſt9 triplicē
ſitim habuit. Prio habuit ſitim natalē3
ꝓpter penas q̄s ſuſtinuit. nec miꝝ ſi ſitiuit.
q2 minuti natalit̄ ſitiūt. Ipſe enī chriſt9 ex
oīb9 mēbris ⁊ oīb9 venis ſui ſanctiſſimi cor-
poris ſanguinē emiſit. ꝓpt̄ qđ corp9 ſuum
ſāctiſſimū iā ſanguie exiccatū fuit ī cruce. ⁊
iō naturalit̄ ſitiuit. Scđo habebat ſitim
ſalutꝭ nr̄e ꝓpt̄ h̄. q2 habuit maximā chari-
tatē q̄ nos dilexit. Vñ Ambro. Chriſtus
ꝓpt̄ inflāmatā dilectiōe3 ſui cordis. ſitiuit
nr̄a3 ſalutē ſpūalit̄. Unde etiā Bern̄. O
bone ieſu cur d̄ cruce taces ⁊ de ſiti clamas
an ſitiſ pl9 te cruciat q̄3 crucꝭ ſuꝑpliciū? Et
q̇d tu bone ieſu ſitꝭ? Et rñdet ī ꝑſona chri
ſti: Sitio nō ꝓ me. ſ3 pl9 vr̄a3 ſalutē. fidē.
ꝑnīa3. ⁊ cōpaſſionē. Tertio ſitiuit ideo. ut
oñderet penā ſe ſuſtinē ī lingua. ſicī ceterꝭ
mēbris ſuis. Vñ p̄s. Dederūt ī eſcā mea3
fel. ⁊ ī ſiti mea pōtauerūt me aceto. Ter-
L tio fuit ī reb9 pauꝑrim9. h̄ pt3 q2 nō ha-
buit vbi caput ſuū reclinaret. Quis vnq̄3
tā pauꝑ mortu9 ē ſicē chriſt9? nā oēs q̇ mo-
riunt̄ ī terra. vel ſaltem hab̄et ſtramia aut
ſtropodia ſeu lectiſternia. ieſus aūt marie
filius creator. redēptor. ⁊ ſaluator nr̄ his
oīb9 caruit ī cruce. Itē ſi pauꝑes nō ha-
b̄et vti lectiſternijs ſuꝑ qb9 leniter qeſcere
pñt. tñ ad caput eoꝝ pñt facē ceruical. uel
ſtropodiū ligneū vl' lapideū. ſic legit̄ d̄ ſā-
cto dñico. ꝙ ꝑnoctādo ī eccl'ijs reclinauit
caput ſuū ad altare ul' ſuper vnū lapidem.
Silr̄ d̄ ſācto frāciſco. S3 chriſt9 ieſus nō
habuit ī cruce vbi caput ſuum reclinaret.
Matth. viij. Vulpes foueas hñt ⁊c̄. S3
⁊ h̄ tādē te ꝯpūgat ſuꝑ oīa ad lachrymaſ
fundēdas amariſſimas ꝙ ſi etiā habuiſſet
oīa mollia mūdi ſtramēta ñ leuiaſſent ei9
dolorē capitꝭ nec toti9 corpiſ. ex eo ꝙ caput
ſuū dire infixū ⁊ cōpūctū ⁊ cruētatū porta-
uit coronā ſpineā. Et ſic cū corona voluiſ-
ſet ⁊ potuiſſet ad aliquid molle reclinaſſe.
pl9 ipſum leſiſſet ⁊ cruētare feciſſet. Qñ ḡ
aliquē dolorē capitꝭ ſēſerim9. ad memoriā
debemus reuocare hanc coronationē ieſu
chriſti. ⁊ etiam qñ ſuauit̄ dormim9 ī lectis
mollib9. tūc enī ꝙ durū lectū chriſti ī cruce
ꝑēdētis extēſis mēbris ⁊ venis recordarem̄
ſalubre eēt. ſ3 h̄ raro fit. q2 pl9 nimio diligi-
mus nos ⁊ corp9 nr̄m. Vñ tulli9 ī rhetori-
ca. li. x. Amantiū ſe ſūt ceca iudicia. Amor
enī ſuiꝑſi9 ī ſuis iudicijs ſemꝑ ē excecat9.
¶ Sicut qdā deuot9 amator ieſu chriſti
ſolebat nocturnis tꝑib9 ſinglis medijs no- M
ctib9 ſurgere ad memoriā dñice paſſiōis. ⁊
genub9 flexis ꝓtēſiſq3 māib9 ī celū ita ora-
re conſueuerat multꝭ annis: O mi dñe ieſu
chriſte tu ꝓ me ⁊ oīb9 pctōrib9 iā paſſus es
⁊ null9 iā tectū vigilat aut tibi dignat9 eſt
cōpati. h̄ ⁊ ſilia orabat. ⁊ demū ī bono fine
ſalubrit̄ moriebat̄. Sic ⁊ nos facere debe-
remus qñ dormitū iremus. vt memoriam
dñice paſſiōis ad lectū portarem9. Terre-
ant̄ hmōi amatores mūdi ⁊ audiāt lamē-
tabile verbū Pompei philoſophi moriē-
tis: Magis inq̇t me mundi amor torquet
q̄3 ꝙ mori me oꝑtet. Ubi nota exēplū ꝙ

quidā erat aſſuet⁹ quotiēs lectū ītrabat ꝛ qͣtiēs ꝺ eo ſurgebat deṗcari· vt ille q̇ ē rex iudeoꝝ daret ei ꝺ h̄ ſeculo migrare cū ꝯ͛a ꝯfeſſiōe ſuoꝝ pctōꝝ· vñ ſꝑ dicebat illū titulū: Jeſ⁹ naçaren⁹ rex iudeoꝝ miſerē mei· ꝛ imprimēdo crucem cū pollice ſuꝑ caput ſuū ꝛ ſuꝑ faciē ac pect⁹. Et qͣtiēs illa ꝯ͛ba dicebat ſꝑ ꝯcluſit ī fine. Jn noīe pr̄is ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti amē. Cū aūt deo ꝑmittēte ſb̄itanea morte ꝑuēt⁹ eēt· ꝛ demōes vellēt eū rapē· vir lucid⁹ eos ab eo fugauit· et cū duceret ꝑ medias tenebras ſubito diſparuit. Et vbi ſignū crucis īprimere ꝯſueuerat ·inde nimi⁹ ſplēdoꝛ egrediebaṫ q̇ eū ī medijs tenebris lumīauit. Dū aūt demones aſcēderēt ꝺ abyſſo eū rapere volentes ſplēdoꝛ crucis ita eos terrebat· ꝙ n̄ audebāt ei man⁹ īponere. Tūc ꝓdict⁹ vir lucid⁹ ꝛ ſplēdid⁹ ſubito alōge appuit ꝛ accedēs dixit ꝙ eēt ſumm⁹ rex iudeoꝝ. Et lꝫ eēt cōdēnādus ſm̄ ſuoꝝ pctōꝝ exigētiaꝫ· tn̄ ꝓpṫ deuotionē quā habuerat circa ei⁹ paſſionē ꝛ noīs ei⁹ tituli triūphalis īuocationē ei ꝑcebat· ꝛ volēs vt rediret ad ꝓſtinā vitā ꝛ ꝯfiteret̄ pctā ſua· ꝛ ſi vellet vitaꝫ eius ī meli⁹ emēdaret· qꝺ et factū ē· ꝛ laudabiliter poſtea vixit· ꝛ ī dn̄o quieuit·

## De eadē dominica paſſionis.

Qui ex deo eſt verbuꝫ dei audit ꝛc. Jſtū ſermonem quęre añ ſermone .xxxv. C.

## Jn dn̄ica palmaꝝ. Ser. xlvi.
## De indigne cōmunicantib⁹.

Benedict⁹ qui venit ī noīe dn̄i. Matth. xxi. Marci. xi. Luc. xix. Joh. xij.

Hodie ſancta mater eccl̄ia duas ꝓceſſiones recolit. Pr̄ia fuit qn̄ iudei ſe chriſto a mōte oliueti vſqꝫ ī hieruſalē cum ramis oliuaꝝ ꝛ palmaꝝ ꝛ magnis cāticis aſſociauerūt· de qua agiṫ ī euāgelio hodierno. Scd̄a ꝓceſſio fuit q̄ a hieruſalem vſqꝫ ad locū caluarię ignomīoſe fuit duct⁹· ꝺ qua habeṫ ī paſſiōe q̄ hodie legiṫ ſolēniter in eccl̄ia. Vñ ī ꝓſenti ſmonetria ſūt dicēda Primo quō differūt illę duę ꝓceſſiones. Scd̄o de iſta ſanctiſſima ſeptimana· in q̄ ſingulis dieb⁹ chriſt⁹ oꝑa nr̄ę ſalutꝫ exercuit. Tertio de indigne cōmunicantibus·

Quātū ad primū ſciēdū· ꝙ illę duę ꝓceſſiones differūt. Pr̄io qꝛ hodie cuꝫ honore iudei chriſto obuiauerūt ꝛ eū ī hieruſalē ītroduxerūt. Sic ecōuerſo q̇nta feria p⁹ cęnā miſtri principū ꝛ ſacerdotū obuiauerūt ſibi cū gladijs ꝛ fuſtib⁹ vt appĥēderēt eū. Jtē ſic hodie cū honore a diſcipl̄is ſuis ſuꝑ aſellū ē poſit⁹· ita in vj· feria a iudeis ignomīoſe ē eleuatus ī crucē. Jtē ſic hodie veſtimēta ſua ſtrauerūt ī via· ita vj· feria ſpoliauerūt eū veſtimētꝫ ꝓprijs. Jtem ſic hodie cū palmaꝝ ramis eū honorauerūt· ita ſexta feria cū virgis eū flagellauerūt· ꝛ cū ſpinis coronauerūt. Jtē ſic hodie regē ꝛ ſaluatorē eū appellauerūt dicentes: Oſāna filio dauid· ſic ecōtra ſexta feria eū regē ꝛ ſaluatorē negauer̄t dicētes: Nō habem⁹ regē niſi cęſarē. Jtē alios ſaluos fecit ſe· ſal· fa· nō pōt. Jtē hodie bn̄dictū eū noīauerūt· dicētes: Bn̄dict⁹ qui venit in noīe dn̄i. Sic ecōtra ſexta feria noīauerūt eū malefactorē ꝛ ſeductorē ꝛ dignū morte clamātes: Crucifige crucifige eū. Jtē ſi nō eēt h̄ malefactoꝛ ꝛc. A

Quantū ad ſcd̄ꝫ ſciēdū ꝙ illa ſanctiſſima ſeptimana ſingulis dieb⁹ chriſtus opera nr̄ę ſalutꝫ exercuit Vñ ꝓpṫ exercitia ꝛ officia q̄ fecit ſingulis dieb⁹· vnū ſpēale nomē ē ſortit⁹. Nā heri ſcꝫ ī ſabbato palmaꝝ fuit hoſpes amicabilis. Vñ heſterna die venit bethaniā ad Marthā ſuā hoſpitē ꝛ dilectā ſuā Mariā magdalenā q̄ fecer̄t ei cęnā· in q̄ laçar⁹ reſuſcitat⁹ cum chriſto comedebat· ī ſignū verę reſuſcitatiōis ut habeṫ Joh. xij. tunc multi iudei q̇ de diuerſis mūdi ꝑtib⁹ hieruſalē venerāt ad feſtū paſcę vt ſe ſanctificarent iuxta dn̄i ꝓceptū· hi cū audiſſent ꝙ ieſus h̄ miraculū famoſum ī reſuſcitatiōe Laçari fecerat· vt habeṫ Joh. xij. Tunc venerūt in bethaniam ut chriſtū viderēt ꝛ etiaꝫ Laçaꝝ quē a morte ſuſcitauerat· ſicut legiṫ ī craſtino euāgelio. Jtē chriſtus hodie noīaṫ rex humilis ꝛ māſuet⁹· ſicut ī ꝓceſſiōe hodierna audiſtis cātare. Et inſuꝑ eū ſuꝑ aſinā hodie ſicut regē audiſtis B

equitare. Jtē cras ſcʒ ī ſcđa feria poſt pal-
maꝝ chriſtꝰ noīat̃ iudex miſericorſ· qꝛ feria
ſcđa diluculo iteꝝ venit ꝺ̄ bethania ī hie-
ruſalē ⁊ ītrauit tēplū: Tūc ſcribe ⁊ phari-
ſei adduxerūt adulterā volētes ieſū cape
ī ſmone vt accuſarēt eū dicentes. Mgr̄ hꝫ
mulier dep̄hēſa ē ī adulterio. Jn lege aūt
moyſes mādauit nob̄ hmōi lapidare· tu ḡ
q̇d dicis: Tūc dixit eis. Qui ſine pctō eſt
vr̄m· prīmꝰ ī illā lapidē mittat. Hoc autē
audiētes· vnꝰ pꝰ aliū exibat· īcipiētes a ſe-
nioribꝫ· ⁊ remāſit ieſus ſolꝰ ⁊ mulier in me-
dio ſtanſ· ⁊ ſic ieſus diſſipauit īſidiaſ pha
riſeoꝝ ⁊ ſcribaꝝ. Et mulierē peccatricē nō
ſolū ꝺ̄ manibꝫ eoꝝ liberauit · verum etiā a
pctō abſoluit dicēſ: Nec ego te ꝯdēnabo·
vade ⁊ amplīꝰ noli peccare. Jtē tertia feria
chriſtꝰ noīat̃ ꝓpħa ſapiēs· qꝛ tūc deſtructi-
onē hieruſalē p̄dixit · qn̄ diſcipuli oſtēde-
rūt ei ędificiū tēpli dicētes: Ecce magiſter
q̄les lapides · q̄les ſtructurę. Rn̄dit: Nō
relinq̄t̃ lapis ſup lapidē q̇ n̄ deſtruat̃ Jtē
p̄dixit diē iudicij dicēs: Cū venerit filius
hoīs ſtatuet oues a dextriſ· hedos aūt a ſi-
niſtris. Jtē p̄dixit mortē ſuā dicens: Ad-
huc modicū tp̄s vobiſcū ſū. Jteꝫ q̄rta fe-
ria māſit chriſtus ī bethania· nec ī illo die
iuit ī hieruſalē. Et tūc iudas iuit ad p̄nci-
pes ſacerdotum· ⁊ ad ſeniores ppl̄i dicens:
Quid vultis mihi dare· vt ego eū vobis
tradā: Et ſic illo die chriſtꝰ vēditꝰ fuit pro
triginta denarijs. Vn̄ eadē die legitur in
ꝓpħia miſſę. Et merces eiꝰ cū ipſo ē. Jtem
q̇nta feria chriſtꝰ noīat̃ panis viuꝰ· qꝛ poſt
eſum agni chriſtꝰ ſacr̄m eucharíſtię īſtituit
Vn̄ ipſe dixit ut hēt̃ Joh. vi. Ego ſū pa-
nis viuꝰ q̇ ꝺ̄ cęlo deſcendi. Jtē ſexta feria
noīat̃ agnꝰ occiſus ī cruce īmolatꝰ Vn̄ dī
Eſa. liij. Sicͦ ouis ad occiſioneꝫ ducet̃· et
q̄ſi agnꝰ corā tondēte ſe obmuteſcet ⁊ non
apiet os ſuū. Jtē ſabbato chriſtus noīat̃
ḡnū frumēti ī terra mortuum· i· ſepultum.
Vn̄ Joh. xij. Si ḡnū frumēti cadēs ī ter-
rā mortuū fuerit fructū multū affert. Jtē ī
die paſcę chriſtꝰ noīat̃ leo. Vn̄ Apoc. v.
Ecce vicit leo ꝺ̄ tribu iuda. Nā chriſtꝰ illo
die mortem vicit· diabolū ſupauit· ⁊ clau-
ſtra īferni deſtruxit· ⁊ ſāctos patres inde li-

berauit. Quātū ad tertiū ſciendū· ꝙ ſic P
q̇libet hō illo ſacratiſſimo tpe dꝫ coīcare·
tūc iā dicēdū ē ꝺ̄ piculis īdigne coīcantiū
Quoꝝ p̄mū ē ꝙ tl̄es īdigne coīcantes ho-
micidę ſūt chriſti. Vn̄. i. Coꝝ. xi. q̇cunq̄ꝫ
māducauerit panē uel biberit ca· do· indi.
re· ⁊c. Vn̄ Ambro. Qui īdigne chriſtū ſu-
mit· idē ē ac ſi chriſtū īterficeret· Vn̄ dicit
Guilhel· Lugdu. Si q̇s ſciret q̇ fidē ha-
beret ſe ſemel chriſtū crucifixiſſe ipſe vellet
nudis pedibꝰ toto tpe vitę ſuę p̄niaꝫ agere
q̇d q̇ tā multotiēs īdigne coīcauerūt ⁊ pec
catū ſile illi pctō totiēs cōmiſerūt: Vnde
Gregꝰ. Magis peccat q̇ ſpnit regnātē ī cę-
lo· q̄ꝫ q̇ crucifixit degētē ī terra. Scđo ta-
les qn̄q̄ꝫ puniūt̃ ī corp̄e· qꝛ īterdū īfirmāt̃
pꝰ indignā cōmunionē. Vn̄ apl̄s. Jdeo
īter vos multi īfirmi ⁊ imbecilles· ⁊ ī ſignū
huiꝰ pꝰ paſca tl̄es īdigne coīcātes cū infir-
mitatibꝫ a deo plagāt̃· et qđ maiꝰ ē qn̄q̄ꝫ
pꝰ īdignā coīcationē morte ſubitanea mo
riunt̃. Vn̄ legit̃ ꝙ q̇dā ſacerdos ꝓhibuit
quēdā pctōreꝫ a coīone· q̇ ꝯfuſiōe huma-
na ductꝰ acceſſit ad coīoneꝫ cū cęteris hoībꝫ
⁊ q̄ꝫcito corpꝰ chriſti ad inq̇natū os ſuum
accepit· tā cito infęlicē aīaꝫ ſuā tradidit et
expirauit morte ſubitanea corā oīi ppl̄o.
Tertio peiores ſūt tl̄es iudęis. Pmo in hꝫ
ꝙ iudęi ignorāter chriſtū crucifixerūt. Vn̄
apl̄s: Si cognouiſſēt nūq̄ꝫ dn̄m glię cru-
cifixiſſēt. Sꝫ iſti chriſtiani indigne cōmu-
nicātes peccāt ſciēter· qꝛ ibi credūt eē̄ crea-
torē ſuū. ſ. ieſū chriſtū marię filiū. Et q̄ꝫto
ḡuiꝰ ē peccare ſciēter q̄ꝫ ignorāt̃· tāto peio-
res ſūt īdigne coīcātes ipſis iudęis. Et in
ſignū iſtiꝰ chriſtꝰ nō pōt orare ꝓ talibꝰ pu-
trem ſuū ſic orauit ꝓ iudęis dicēs: Pater
ignoſce ill' qꝛ neſciūt q̇d faciunt. Scđo qꝛ
contumelia crucifixiōis chriſto tm̄ ſemel a
iudęis ē illata· hꝫ ab indigne coīcantibꝫ to-
tiēs q̇tiēs īdigne ad ſacr̄m acceſſerit. Vn̄
Apl̄s. Rurſum crucifigentes filium dei·
Quarto qꝛ tales iudiciū ſibi māducant et
bibūt. Vn̄ apl̄s. Qui manducat et bibit
indigne iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit. Et
ſic ꝯſequēter incidūt ī illaꝫ ſniaꝫ quā dn̄s
dicturus ē in extremo iudicio ad illos qui
a ſiniſtris eiꝰ erūt. Jte maledicti in ignem

ęternū. Quīto tales indigne cōīcantes
ſiſes ſūt Judę· ⁊ eis ꝯtinget ſicˢ iudę · de q̄
legitꝛ ꝙ ſathanas ī eū īntroiuit· ⁊ chriſtū tra
didit ⁊ deſꝑauit. ⁊ poſtmoduꝫ ſeipſū ſuſ-
ꝑēdit. Sic indigne cōīcans īcidit ī maio-
rem ꝑtātem diaboli q̄ꝫ antea fuit. Scđo
iudas chriſtū tradidit ⁊ iudęis vēdidit · ſꝫ
īdigne cōīcans peiꝰ facit. Vñ Remigiꝰ.
Vę tradētibꝫ chriſtū ad crucifigēdū. Sꝫ
vę cū maligna ꝯſciētia ſub ſacro ſumētibꝰ
illū· ⁊ ſi nō tradāt iudęis ad crucifigēdū·
tñ ipſū mēbris inimici dāt ſumendū. Vñ
etiā Augꝰ. Magꝭ peccāt q̄ tradūt chriſtū
pctōribꝫ q̄ꝫ q̄ tradiderunt eū crucifixoribꝫ
iudęis. Ergo chriſtꝰ pōt dicē ſm̄ Gregꝭ·
de q̄libet ſumēte corpꝰ ſuū īdigne· ſicˢ dixit
de iuda. Vextū ecce manus tradētis me·
mecū ē ī mēſa. Sicˢ iudas tradidit chriſtū
ꝑſecutoribꝫ · ſic ſumēs corpꝰ ſuū indigne
tradit illū inq̄ꝫtum ī ſe ē dęmonibꝫ· dū po-
nit eū in locū q̄ ē dęmonū. Sexto qꝛ eſt
magna ingratitudo q̄ ibi cōmittitꝛ. Naꝫ ī
ſacro illo mors chriſti figuratꝛ quā ꝓ homi
nibꝰ ſuſtinuit. Vñ Apl's. Quotienſcūq̄ꝫ
mādūcabitꝭ panē hūc· ⁊ calicē bibetꝭ· mor-
tem dñi ānūciabitꝭ. Vñ etiā chriſtꝰ qñ ſꝫ
ſacrm̄ inſtituit dixit: Hoc facite ī meā cō-
memoratiōnē. Valde enī magna ingrati-
tudo ē ei ꝯtumeliā inferre· ⁊ eiꝰ vulnera re-
nouare· quē recordatꝛ mortuū ꝓ ſuo amo-
re ⁊ ſalute. Vnde dñs pōt dicere indigne
cōīcanti illud pſalmiſtę. Sup dolorē vul
neꝝ meoꝝ addiderūt. Jtē magna īgrati-
tudo ē ꝙ ibi venit diuina maieſtas ad ho-
minē ī ſacro altarꝭ· ⁊ ſꝫ cuꝫ plenitudine ca-
riſmatū ⁊ gr̄aꝝ. Vñ illud ſacrm̄ vocatur
euchariſtia· i· bona gr̄a· ⁊ miſer hō ñ timet
ei ꝯtumeliā inferre· quē ꝓ poſſe tenetꝛ hono-
rare· ſatꝭ admirari poſſumꝰ in ſꝫ diuinā bo-
nitatē ⁊ hūanā ꝑuerſitatē. Vñ bñ pōt di-
ci de dño nr̄o ieſu chriſto· illud Eccꝭ. xxix.
Paſcet ſcꝫ cū ꝓprio corꝑe· ⁊ potabit cum
ſāguine ſuo ꝑcioſo īgratos ⁊ adhuc ama-
ra audiet. Septimo qꝛ tales indigne
cōīcantes īfęliciores vidētꝛ ēē cęterꝭ pctō-
ribus. Jpſū enī ſummū bonū ē eis noxiū· ⁊
ex ipſa vita moriūtꝛ· qꝛ ex illo ſacro digne
cōīcantes adquirūt ſibi vitā ęternam· ſm̄

illud Joh. vi. Qui mādūcat hūc panem
viuet ī ęternū. Sic ex eodē ſacro indigne
cōīcantes incurrūt ęternā damnationeꝫ.
Vñ Chryſo· ſuper Joh. Sicut corꝑalis
cibꝰ cū vētrē inuenerit aduerſis humoribꝫ
occupatū· ampliꝰ lędit· magꝭ nocet· ⁊ nul-
lū ꝓſtat auxiliū. Jta ſpūalis cibꝰ ſi aliquē
reꝑit malignitate pollutū· magꝭ eū perdit
nō ſua natura ſꝫ accipiētis vitio. ¶ Unde Q
ſciēdū ꝙ q̄libet cū deuotiōe ⁊ reuerētia et
timore ad ſꝫ ſacrm̄ debet accedere· ⁊ ad ſꝫ
incitāt nos diuerſa exēpla ſacrę ſcripturę.
Nā beatꝰ Jo hes baptiſta ī vtero matris
ſanctificatꝰ a pueritia ī heremo ꝯuerſatꝰ.
inuitatus a dño vt euꝫ baptiçaret· timuit
tāgere verticē dñi. Vñ cātat eccl'ia: Ba-
ptiſta ꝯtremuit· ⁊ nō audet tāgere ſanctū
dei verticē· ſꝫ clamat cū tremore ſanctifica
me ſaluator· quanto magꝭ nos timere de-
hemꝰ· cū totū corpꝰ ſumimꝰ· ex q̄ Johan-
nes intm̄ timuit verticē dñi tāgere· q̄ tātę
ſanctitatꝭ fuit· ꝙ chriſtꝰ đ eo ī euāgelio te-
ſtimoniū ꝑhibet dicēs: Jntꝛ natos mulieꝝ
ñ ſurrexit maior iohāne bap. Jtē beatus
Marcꝰ ſibi abſcidit pollicēꝫ· vt ineptꝰ eēt
ſacerdotio· tm̄ enī reuerebatꝛ corporis dñi
ꝯſecrationē. Jtē q̄dā ſenior īter heremitaſ
cū ab illis eligeretꝛ ī ſacerdotē· ⁊ ab ep̄o eēt
ordinatꝰ ait: Licet ego ſacerdos ſim ordi-
natus· tñ ī vita mea nūq̄ꝫ ꝯficiā· reputās
ſe indignum ꝯficere corpus chriſti. Unde
Matth. viij. legitꝛ· ꝙ cēturio dixit chriſto
dicēti ei: Ego veniā ⁊ curabo pueꝝ tuum:
Domine nō ſū dignꝰ vt intres ſub te· me·
Sic q̄libet cū vera humilitate et reueren-
tia ad hoc ſacramentum deberet accedere
cogitādo ſic. O deus ad illud venerabile
ſacramentū non ſufficerent mille anni ad
ꝓparationem ꝯdignā. Quāto magꝭ ego
miſer īdignꝰ ſum· qꝛ quotidie pecco· ⁊ heu
impręꝑatꝰ accedo· q̄ꝫuis enī nō ſim dignꝰ
tñ bene neceſſe egeo hac ſalubri medicina.
Vñ Ambro. Qui vulnus hꝫ· reqrat me-
dicinā. vulnꝰ eſt· qꝛ ſub pctō ſumꝰ· medi-
cina ē cęleſte ⁊ venerabile ſacramentum.
¶ Ultimo nota exemplū de digne et in- R
digne communicātibꝫ. Legitꝛ in li· de do-
nis ꝙ quidam ſanctus ep̄s in feſto paſcę

dn̄m rogauit vt ſibi reuelaret merita tunc cōmunicātiū · et dn̄ oñdit ei ꝙ vidit aliq̄s q̄ſi picē nigros · aliq̄s q̄ſi ferrū ignitos · aliq̄s vere ſanguinolentos: Ceteros vero vt ſolē fulgidos · ꝛ dixit ei angel⁹ dn̄i. Nigri ſūt luxurioſi et ſupbi. Igniti auari. Sanguinolēti iracūdi ꝛ blaſphemi · qui omnes indigne acceſſerūt · q̄uis enī ſunt ꝯtriti et cōfeſſi · tn̄ nō habēt firmū ꝓpoſitū i futurū abſtinēdi ꝛ emendandi vitam.

In bona q̄nta feria. Ser. xlvij.

Probet autē ſeipſū homo · ꝛ ſic de pane illo edat · ꝛ d̄ calice bibat. i. Cor. xi. Ariſto. ij. d̄ aīa. Simile a ſili nutrit. ſic ꝑtz i cibo digeſto a q̄ corp⁹ nutrit. Cū aūt cib⁹ iſte · ſ · corp⁹ chriſti ſit mūdiſſim⁹ · exigit ꝙ aīa q̄ nutriri d₃ ab iſto cibo ſit munda · alioquin nō nutriret · ſ; poti⁹ corrūpet · ḡ i verbis ꝑmiſſis admonet vnuſquiſq₃ nr̄m vt ſeipſū ꝓbet ꝛc. Ex q̄ ē tp̄s cōmunicādi tūc i p̄nti ſmone tria ſūt dicēda. Primo ponende ſūt aliq̄ q̄ſtiones de acceſſu ad ſacrm̄ eucbariſtie. Scd̄o q̄ bonū ſit communicare digne. Tertio quō et p q̄ d₃ hō ſeipſū ꝓbare. S Quātū ad primū tūc q̄rit vtrū oīs hō teneat illo ſacratiſſimo tēpore coīcare. Rn̄det ꝙ ſic. Nā eccl̄ia ſtatuit ꝙ oīs fidel ſaltē ſemel i anno tenet ex ꝑcepto poſtq̄ ad ānos diſcretiōis ꝑuenerit cōfiteri oīa pctā ſua · ꝛ coīcare ſaltē tpe paſce. Et q̄ nō coīcat i paſca viuens ingreſſu eccleſie ꝛ mortu⁹ careat eccleſiaſtica ſepultura · vt ꝑtz ex̄ · de pe · ꝛ re. c. Omnis vtriuſq₃ Circa q̄d iterū q̄rit · vtrū pueris ꝛ in q̄ etate ſit dādū ſacrm̄ eucbariſtie. Rn̄detur ſm̄ beatū Tho. iiij. diſ. ix. Pueri carētib⁹ vſu rōis · q̄ nō p̄nt diſtinguere iter cibū ſp̄ualē ꝛ corpalē · non d₃ corp⁹ chriſti dari · q2 ad ipſū exigit actual deuotio quā tales pueri hr̄e nō p̄nt. S₃ pueri icipiētib⁹ hr̄e diſcretionē etiā an̄ ꝑfectā etatem · ꝑuta cū ſint decē vl̄ vndecim ānoꝝ pōt dari · ſi i eis diſcretiōis ſigna ꝛ deuotiōis appareāt · ſ; ille Et rō hui⁹ ē · q2 ad ꝑcipiēdū ſacrm̄ eucbariſtie req̄rit deuotio actualis · ꝛ tales pueri q̄n̄q₃ maiorē diſcretionē ꝛ deuotionem et affectū hn̄t ad ſacrm̄ q̄ ali⁹ q̄ eſt q̄n̄q₃ viginti ānoꝝ. Unde exēplū legit i dialo. Ceſarij · ꝙ quidā puer infirmaret vſq₃ ad mortē · ſp̄ūſancto afflat⁹ · corp⁹ chriſti ſibi dari petijt. Cūq₃ ꝑentes eū cōpeſcerēt · ille fortit clamauit · date mihi corp⁹ dn̄i · date mihi · h̄ tertio repetēs. Delatu₃ ē igit hoc verbū ad ſacerdotē · q̄ dn̄ diceret non eſſe ſecuꝝ tali puero q̄ nō itelligit q̄d ſacrm̄ ſit dare corp⁹ dn̄i. Et cū puer nollet q̄eſcere · ſ; ſp ꝛ inſtāter peteret corp⁹ dn̄i · tūc ſacerdos detulit ſibi hoſtiā nō bn̄dictā · quā cū ei porrigere vellet ꝛ diceret ei: Ecce h̄ ē corpus dn̄i. Ut dn̄s ex ore infātium ꝑficeret laudē ꝛ deſtrueret ꝑfidiā multoꝝ q̄ d̄ eodem ſacro male ſentiūt iſpirauit puero ut rn̄deret: Quare vult; me decipe · n̄ ē corp⁹ dn̄i q̄d mihi offert; · ad q̄d verbū ſacerdos admirās ꝛ puero aliq̄d diuinū inſpiratu₃ arbitrās ei ſacri cōmunionē attulit · qua₃ puer deuote ſuſcepit · ꝛ ſic vitā ſuā i bono finiuit. Ergo pōtes deberēt pueros informare quō ꝯfiteri deberent d̄ decē ꝑcepti · ꝛ de ſeptē pctīs mortalib⁹ · ſi ſaltē rei forēt · ꝛ quō deberēt hr̄e firmū ꝓpoſitū ampli⁹ abſtinēdi a pctīs · et q̄ bona eueniūt ex digna coīcatiōe. T Itē q̄rit · vtrū corp⁹ chriſti debeat dari amētib⁹. Rn̄det ſm̄ · b · Tho. i. iiij. diſ. ix. ꝙ diſtinguēdū ē: Quidā enī dicūt large amētes · q2 debilē hn̄t mentē · tn̄ ſunt aliq̄ mō dociles eoꝝ q̄ ad fidē ꝛ deuotiōe₃ ſacri ꝑtinēt · ꝛ talib⁹ nō d₃ corp⁹ chriſti denegari. Quidā enī ſunt oīno carētes iudicio rōis · et iſti ſi fuerīt tl̄es a natiuitate nō d₃ eis dari · q2 non p̄nt ad deuotionē adduci q̄ req̄rit ad ſacrm̄. Si vero iciderūt i amētiā p⁹ fidē ꝛ deuotionem ſacri · tūc d₃ eis dari · niſi timeat ꝑiculū d̄ vomitu vl̄ d̄ expuitione vl̄ aliq̄ hmōi. Itē q̄rit vtrū corpus chriſti tm̄ a ieiunis percipi debeat V Rn̄det ꝙ ſic · q2 p⁹ ſūptionē aq̄ vl̄ alteri⁹ pot⁹ aut cibi vel etiā medicine inq̄tūcūq₃ parua q̄titate · nō licet hoc ſacrm̄ recipe · ꝛ iō ſi poſt mediā noctē aliquis ſumpſerit aliq̄d p modū cibi aut potus · nō d₃ ea die h̄ ſacrm̄ ſumere. Et Ioh · d̄ ſancto geminiano dicit · ꝙ ad h̄ ſacrm̄ debēt hoīes accedere ſobrij. Primo q̄dē ut Aug⁹. dicit

in honorē huiꝰ ſacramēti· ut ſcʒ nullꝰ cibꝰ
aliꝰ intret ī os ante iſtū · ſicut etiā in vtero
ꝟginis Marię · nullꝰ aliꝰ fuit ꝓ̄cōceptus
nec ī ſepulcro chriſti aliq̄s fuit an̄ poſitus
Scd̄o ꝓpt̄ figurationē· ut ſcʒ det̄ intelligi
ꝙ corpꝰ chriſti ē res huiꝰ ſacri · ꝗ charitas
eiꝰ dʒ an̄ om̄ia p̄mo fundari in cordibus
nr̄is. Vn̄ Matth. vi. Primum q̄rite re-
gnū dei ⁊ iuſticiā eiꝰ. Tertio ꝓpt̄ ꝑiculum
vomitꝰ q̄ q̄n̄qʒ ꝓuenit ex īordinato cibo ⁊
potu. Et etiā q̄ꝛ ieiunꝰ magis ē diſpoſitus
ad deuotionē. Sʒ ab hac reg̃la excludūt̄
infirmi q̄ ſtatim cōmunicādi ſūt· etiā poſt
cibū· ſi de eoꝝ ꝑiculo dubitat̄· ne ſine cō-
munione decedāt· q̄ꝛ neceſſitas non hʒ le-
gem· vt habet̄ de ꝯſe· diſ. ij. Preſbyter.
x Item q̄rit̄ vtꝝ poſt factā cōmunionē
liceat ſtatim comedere. Rn̄deo ſm̄ ſctū
Tho· d̄ aq̄no· ꝙ nō īmediate lʒ comedere·
ſʒ aliq̄ mora dʒ eſſe īter ſumptionē eiꝰ ⁊ re-
liq̄s cibos. Vn̄ etiā dr̄ in decret̄. Nullus
ſtatim pꝰ cōmunionē ſumat cibū materia-
lem· de ꝯſe· diſ. ij. Tribꝰ g̃dibꝰ. Et ī ſignū
huiꝰ tūc ī miſſa oro grāꝝ actionis dr̄ poſt
cōmunionē. Sic ⁊ illi q̄ cōmunicant ſuas
priuatas orōes dicere debent ⁊ regratiari
deo de ſua magna charitate· et memorari
deuote paſſiōēʒ chriſti· q̄ꝛ h̄ ſacr̄m īſtitutū
ē ad memoriā paſſionis chriſti. Vn̄ ipſe
chriſtꝰ ad diſcipulos ſuos dixit qn̄ h̄ ſacr̄m
īſtituit. Hoc facite ī meā cōmemorationē·
Vn̄ etiā Ap̄ls ī ep̄la hodierna. Quotieſ-
cūqʒ mādu cabitis panē hunc ⁊ calicē bibetis
mortē dn̄i annūciabitis donec veniat. Itē
aliq̄ ī die cęnę nō ieiunāt ꝓpt̄ cōmunionē·
cū tn̄ bn̄ pn̄t ieiunare· ⁊ in h̄ peccant· q̄ꝛ in
ſingulis diebꝰ ꝑ totā q̄dragesimam tenet̄
q̄libet ieiunare q̄ pōt p̄ter dies dn̄icales·
Itē aliq̄ in die cęnę cū cōmunicāt vtunt̄
lacticiniis cū tn̄ ꝑ totā· xl· alias ab his ab-
ſtinuerūt· ⁊ ī h̄ deū g̃uiter offendūt· q̄ꝛ te-
nent̄ illo die ieiunare ſicut ī cęteris diebꝰ.
Itē ſciendū ꝙ poſt cōmunionē īmediate
nō debet q̄s expuere· ſʒ poſt cōmeſtionem
alioꝝ cibarioꝝ pōt licite expuere. Itē ſci-
endū ꝙ aliq̄ ſimplices reputant h̄ eſſe pec-
catū ſi q̄s in illo die q̄ cōmunicauit cruen-
tauerit· vel cū nudis pedibꝰ terrā tetigerit

Itē ſciendū ꝙ pueri informādi ſūt· ꝙ cre-
dere debeāt ꝙ chriſtꝰ q̄ ē de virgine natꝰ
⁊ ꝓ nob̄ paſſus· in h̄ ſacramēto ꝯtineat̄· et
ꝙ non ē ibi panis ſʒ ſolūmodo ſpecies pa-
nis· q̄ꝛ ī ꝯſecratione panis tranſſubſtātiat̄
in verū corpꝰ chriſti· et in q̄libet ꝑte hoſtię
ē verꝰ chriſtꝰ etiā in minima q̄diu manet
ſpecies panis. Itē ſciendū ꝙ laicis ſolū ſʒ
vna ſpecie dat̄ ſacr̄m eucharistię · ſcʒ ſub
ſpecie panis. Et h̄ p̄mo ꝓpt̄ ꝑiculū quod
inde poſſit oriri. Si etiā d̄ calice ſumerēt·
q̄ꝛ ſʒ minima gutta ē totꝰ chriſtꝰ. Et ſi tūc
aliq̄d effunderet̄ de calice ſuꝑ terrā· tota
terra poſſet ꝑire qn̄ deꝰ vellet exercere ſuā
iuſticiā. Secūda cauſa eſt ad oſtendendū
ꝙ ſacerdotes ſpecialiter debēt eſſe mūdio-
res aliis hoīb; · ergo ipſi in miſſa ſumūt
ſacr̄m ſub vtraqʒ ſpecie. Tertia cauſa eſt
ne ſim plices crederent ſub ſpecie vini eſſe
ſolum ſanguinem · et ſub ſpecie panis eſſe
ſolū corpꝰ chriſti. Naʒ q̄libet chriſtianus
credere debet· ꝙ totꝰ ieſus chriſtꝰ ſm̄ cor-
pus ⁊ aīam ⁊ deitatem· eſt ſub vtraqʒ ſpe-
cie ꝯſecrata· et q̄d ipſi laici ſumunt totum
ieſum chriſtum ſm̄ corpus ⁊ aīā ⁊ deita-
tem ſub ſpecie panis. Vnde beatꝰ Tho.
ſuꝑ. iiij. diſ. x. Licet ex virtute ſacri ſʒ ſpe-
cie panis ſit tātū corpus· et ſub ſpecie vini
tm̄ ſanguis· tn̄ ꝓpter naturalē ꝯcomitan-
tiam ſub vtraqʒ ſpecie eſt totꝰ chriſtꝰ· ſ· ſm̄
corpus ⁊ aīam et diuinitatem · q̄ꝛ hęc tria
ſeparari nō poſſunt. Item q̄ritur quare A
chriſtū ſumimꝰ velatū ī h̄ ſacramēto. Re-
ſpōdet̄ primo ꝓpt̄ fidei meritū· nam ꝑ hoc
merem̄ ꝙ ſub ſpecie panis credimꝰ totum
chriſtū ꝯtineri· q̄ꝛ h̄ ꝑ verā rōnē nō poſſu-
mus comp̄hendere. Vn̄ dr̄ ī decre. Fides
comp̄hendit q̄ ſunt ſupra rōem· xxiiij. q. i.
Nō turbat̄. Vn̄ etiā Greg. ī Omel. Fi-
des eſt eaꝝ reꝝ q̄ apparere nō pn̄t · q̄ enim
apparēt fidē nō habēt· ſʒ agnitionē· nec fi-
des habet meritū vbi humana rō p̄bet ex-
ꝑimētū. Scd̄o ꝓpter crudelitatē· q̄ꝛ ſi vi-
uum hoīem et carnē crudā ſumere debere-
mus· natura hoīs abhorreret. Tertio ꝓ-
pter imbecillitatē· q̄ꝛ ſi deberemꝰ chriſtū
videre in ſua claritate ſenſus viſus ſuſti-
nere nō poſſet· q̄ꝛ milleſies eſt ſole clarior·

B ¶ **Ultimo** q̄rit̄ q̄diu chriſt⁹ manet ſub
ſpecie panis. Rn̄det̄ q̄diu ſpēs panis nō
digeſte ſūt· tādiu manet ī ſtomacho ſb̄ di-
ctis ſpeciebꝫ ⁊ in q̄libet ptis ſpecie viſibili
Et ſi ipſe q̇ cōmunicauit ē bon⁹ ⁊ bn̄ diſpo
ſit⁹· tūc poſt digeſtionē manet effect⁹. Si
aūt mal⁹ tūc p⁹ digeſtionē recedit chriſt⁹
ab eo. Nā ī os inde chriſt⁹ in ſacro ītrauit
⁊ ſi mūdū coꝛ habuiſſet tūc chriſtus cū gr̄a
ſua ſtatim ab eo nō receſſiſſet. Simile ē ſi ī
ignē vel ī aliquā immūdiciā caderet· tunc
adhuc maneret ſacr̄m q̄diu ſpecieſ mane
ret· qꝛ ī os ipſi⁹ pctōꝛis pollutū intrat· ⁊ tn̄
nullū fructū ↄſeq̇t̄· ſ; ī currit maximū picu-
lum. Vn̄ canit̄ ī ſequētia de coꝛpe chriſti
Sumūt boni ſumunt mali· ſoꝛte tn̄ ineq̄li.
Vn̄ de ſacro dicit Damaſcen⁹. Dū ſpēs
ſentit̄ ſacr̄m ē· dū aūt deſinit ſētiri ſacr̄m
C nō ē. ¶ **Quantū** ad ſcd̄m principale ſcꝫ
q̄ bonū ſit ſe digne p̄parare ad pcipiēdū
ſacr̄m euchariſtie: poſſumus elicere ex his
pticul̄ q̄ ibi ſumūt̄ ī h̄ ſacro. Pro q̄ ſciē-
dū ꝙ quīq; ſumunt̄ in h̄ ſacro. Primū ē
ipſū coꝛp⁹ qd̄ ſūpſit d̄ v̄gine· qd̄ ſpūſſāct⁹
de puriſſimo ſanguine Marie foꝛmauit.
Scd̄m eſt ſanguis ipſi⁹ quē fudit in cruce.
Tertiū ē ipſa aīa chriſti· quā pater miſit d̄
coꝛde ſuo ī vteꝝ virginis. Quartū ē vita
cū coꝛpe. Quītū ē ipſa ineffabilis deitas·
**In primo** cū digne accipis coꝛp⁹ chri-
ſti efficieris pticeps oīuꝫ bonoꝝ q̄ chriſtuſ
opatus ē ī vita ſua· ieiunando· p̄dicando
diſcurrēdo· oꝛando· vigilādo· ⁊ ſic ⁊ alijs·
Inſup toti⁹ paſſionis meriti. Nā ſanctus
Tho· de aquino dicit· ꝙ ī q̄libet miſſa in-
uenit̄ oīs fruct⁹ ⁊ vtilitas quā chriſt⁹ in
die paſceues opt⁹ ē ī cruce ⁊ cū moꝛte ſua.
Et eandē gr̄aꝫ ⁊ fructū q̄libet deuot⁹ qui
digne cōmunicat pcipit. Itē accipis ibi ī
h̄ ſacro pticipationē oīuꝫ meritoꝝ totius
eccl̄ie ⁊ ſanctoꝝ ī celo. Hinc ē ꝙ ī ſymbo-
lo catholice fidei dicim⁹: Credo ſanctoꝝ
cōmunionē. Vn̄ Alber· mag. Per veruꝫ
coꝛp⁹ chriſti omnes nos oībꝫ chriſti gratijs
⁊ oīuꝫ fideliū cōmunicam⁹· ꝓpter qd̄ etiā
cōmunio dī. Ideo aūt oīuꝫ bonoꝝ chriſti
⁊ oīuꝫ ſanctoꝝ meritis facit nos cōmuni-
care vt ſi qd deficit ī ſingulis· ex oīuꝫ ſctōꝝ
abundātia ſuppleat̄. Ibi in h̄ ſacro habe-
mus virtutes patriarchaꝝ: reuelationes ⁊
illumīatiōes ꝓphetaꝝ· dignitates aploꝝ
victoꝛias martyꝝ· ſanctitatē ↄfeſſoꝝ· mū-
dicias virginū· charitatē angeloꝝ· ⁊ ↄſe-
quēter bona et merita oīuꝫ electoꝝ· q̄ oīa
a chriſto ī coꝛp⁹ ei⁹ myſticum fluxerūt· ⁊ de
q̄libet ī quēlibet ſpūſſancti gr̄a redundat·
Vn̄ ieſus chriſt⁹ pōt dicere ad quemlibet
digne cōmunicantem illud qd̄ Jacob ad
Laban dixit· vt habet̄ Gen̄. xxx. Modi-
cū habuiſti anteq̄ venirē ad te· et nūc di-
ues effect⁹ es· bn̄dixit tibi dn̄s ad introitū
meū. **Scd̄o** cū accipis ſanguinē mūda-
beris a pctō. Vn̄ ad Heb. ix. Sanguis D
chriſti emūdauit ↄſcientiā nr̄aꝫ ab opibꝫ
moꝛtuis ad ſeruiendum deo viuēti· qm̄ ſi
ſanguis hircoꝝ ⁊ vituloꝝ ī veteri lege in-
deꝯos mūdauit· q̄tomagis ſāguis chriſti
q̇ effuſus ē p pctis nr̄is emūdabit aīas no
ſtras qui ē tāto maioꝛ ⁊ p̄cioſioꝛ ⁊ carioꝛ.
Querit̄ vtꝝ per h̄ ſacr̄m deleant̄ oīa pctā
venialia. Rn̄det̄ ſm̄ Tho· in. iiij. diſ. xij.
ꝙ ſic. Nō tn̄ oportet ſemp ꝙ oīa venialia
deleantur ſed ſm̄ menſuram deuotionis·
poſſet tn̄ tāt⁹ ferUoꝛ eē ꝙ oīa venialia de-
leret. Itē q̄rit̄ vtꝝ p h̄ ſacr̄m deleāt̄ moꝛ-
talia. Rn̄det̄ ſm̄ beatū Tho· vbi ſupra.
Nō delet moꝛtalia niſi oblita. Vn̄ ꝙ dī
Abſolutio ſceleꝝ· dupliciter pōt intelligi·
ſcꝫ vel ꝙ dī ſic crimina abluere in q̄tuꝫ ea
impedit· vel d̄ his q̄ nō ſūt ī bona ↄſciētia
vl̄ memoꝛia. Qꝫ aūt p h̄ ſacr̄m ſcꝫ ſumēdo
ſanguinē chriſti peccata deleant̄ oſtendit
Chryſo· dicēs: Honoꝛabil̄ ſanguis chri-
ſti qm̄ cū bona volūtate ſumit̄· omnē egri-
tudinem aīe extinguere poterit. Ambꝛo.
Debeo illud ſemp accipe vt mihi ſemper
pctā dimittāt̄. Vn̄ etiā Bern̄. Euchari-
ſtie ſacr̄m potēs eſt peccata dimittere· de-
bellare obuias poteſtates· et inferre celis
aīas reuētētes d̄ terra. **Tertio** qm̄ accipis
aīam chriſti tūc recipis pign⁹ eterne vite
ſi ſic in tali ſtatu decedis. Vn̄ canitur d̄ h̄
ſacro. Et future glīe nob pign⁹ dat̄· qꝛ h̄
ſacr̄m dat vitā gr̄e in p̄nti. Joh. vi. Qui
mādūcat me· ipſe viuet ꝓpt̄ me. In futuro
dat vitā glīe. Unde etiam Joh. vi. Qui

mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ ſanguinẽ
habet vitam ęternã. Vñ Beda ĩ Omel.
Pro obtinenda ſalute ęternę beatitudi-
nis· beatiſſima illa caro ⁊ ſanguis ſumitur
ſaluatorꝭ. Quarto accipis ibi ſpiritum
chriſti·i· vitã chriſti· ⁊ accipiẽdo ſic vitã cũ
corpe mutaberis ĩ deũ· ſicut cibus ⁊ potus
mutatur in te. Vñ vox diuina ad Aug.
dixit: Nõ tu me mutabis in te· ꝟ tu muta-
beris ĩ me. Sic chriſtꝰ dicit cuilibet digne
cõmunicãti: Non tu me mutabis ĩ te ⁊c.
Quia quicquid deꝰ eſt ex natura· ꝟ hõ fit per
grãm q̃ digne cõmunicat. Cũ aũt deꝰ ha-
beat potentiã infinitã· ⁊ ſapiẽtiã ęternã et
immẽſam bonitatez· ex eiꝰ potẽtia homini
in hoc ſacro cõmunicata· erit hõ potẽtior
tam ad opandũ ꝙ̃ ad impetrãdũ. Ex eiꝰ
ſapiẽtia efficitur ſapiẽtior ad dilectionem
boni ⁊ refutationẽ mali. Ex eius bonitate
hõ fit magꝭ pius ⁊ charitatiuꝰ ⁊ pacificus.
Quinto recipiẽdo eiꝰ deitatẽ· aĩa hoĩs
implebit grã ⁊ dulcedine· qꝛ nullus poteſt
aĩam hoĩs ſaciare niſi ſolꝰ deus. Unde
Bern. Ad imaginẽ dei q̃ppe facta eſt aĩa
rõnalis· cęteris oĩbꝫ occupari põt· impleri
autẽ nõ põt. Capax enĩ dei ẽ· ⁊ quicqd deo
minꝰ ẽ nõ eam implebit. Vñ ps. Sacia-
E bor cũ apparuerit gloria tua. ¶ Quantũ
ad tertiũ ſciendũ· ꝙ licet nemo ſciat certi-
tudinaliter vtꝝ dignꝰ ſit accedere ad eu-
chariſtiam· tñ de hoc ſunt q̃dam ſigna· in
quibꝫ ꝯiecturaliter põt hõ ſeipſũ ꝓbare· ⁊
ſic ꝯfidens de miſericordia dei ſecure acce-
dere. Primũ ſignũ eſt ſi q̃s de ꝑteritis
peccatis dolet· ⁊ de futuris cauere intẽdit
⁊ ꝑatus ẽ ſatiſfacere· ⁊ bonam volũtatem
habet deo ãmodo ſeruiẽdi. Secũduz
ſignũ cũ quis ſe ꝓmptũ inueniat ad bona
opa. Vñ Greg' ſup Ezech. Habere cha-
ritatem dei· ⁊ ſciẽtiam dei· ⁊ teſtis ẽ bona
opatio· quę ſi fortaſſis defuerit· profecto
certũ ẽ· nec cognouiſſe te deuz nec diligere
ipſũ. Ergo pigri et diu dormiẽtes non ha-
bent ſignũ ꝓmptitudinis ad bona opera.
Vñ Gregꝰ. Amor dei nunq̃ꝫ eſt ocioſus·
opat enĩ magna ſi ẽ· ſi vero opari renuit·
amor nõ ẽ. Ergo ſi ſentis te ab intra mo-
ueri ad bona exercitia ⁊ ad emẽdationem

vitę vt ãmodo velis ſic viuere· et ſic vitaz
tuã ordĩare· ⁊ deo ſeruire· ꝟ ẽ bonũ ſignũ
ꝙ deus cũ grã ſua illud opatur ĩ homine.
Tertium ſignũ ſi q̃s verbũ dei libent ⁊ F
delectabiliter audit· qꝛ chriſtus ẽ cibꝫ aĩę.
Vñ Joh. viij. Qui ex deo ẽ verbum dei
audit. Unde Gregꝰ. Interroget ſe vnuſ-
q̃ſq̃ꝫ ſi verba dei aure cordis ꝑcipiat ⁊ in-
telligat. Vñ ẽ ꝙ q̃libet cũ magna reuerẽ-
tia ⁊ deuotione ⁊ attentione debet verbũ
dei audire. Vñ Augꝰ. ⁊ põit etiã ĩ decre.
Nõ minꝰ reꝰ erit q̃ verbũ dei negligenter
audit· ꝙ̃ ille q̃ corpus chriſti ſua negligẽ-
tia ĩ terrã cadere ꝑmiſerit· i· q· i· Interrogo
¶ Quartũ ſignũ· ſi q̃s inuenerit ĩ ſe ſitim G
tꝑalium rerꝝ diminutã. Vt ſi q̃s inuene-
rit in ſe ꝙ ante carniſpriuium deſiderabat
ſex vel ſeptem tunicas ⁊ multas diuitias·
⁊ domos pulcras· agros plurimos: Sed
iam ĩuenit ĩ ſe ꝙ ꝯtentat in his q̃ deꝰ ſibi
admĩſtrat· ⁊ nihil cõtra deũ hr̃e deſiderat
ꝟ ꝯfidit deo ꝙ nunq̃ꝫ eũ derelinquat· ſed
neceſſaria ſibi ꝓuideat ſi ei fideliť ſeruiat.
Vñ Matth. vi. Primũ q̃rite regnũ dei
⁊ iuſticiaz eiꝰ· ⁊ ꝟ oĩa adijciẽtur vob. Vñ
etiã ps. Jacta cogitatũ tuũ in dñõ et ipſe
te enutriet· Qz enĩ gratia extiguit ſitim tẽ-
poralium rerũ oſtẽditur Joh. iiij. Si quis
biberit ex aqua quam ego dabo· nõ ſitiet
vnq̃ꝫ. Vñ etiã Chryſo. Nõ ẽ ſup terram
qď amet· q̃ donũ dei ĩ veritate guſtauerit
Quintũ ſignum ſi ex corde ꝑcit lęſis· ſic
ꝙ nullã amaritudinẽ ꝯtra aliquẽ habeat
cui malũ vellet fieri. Et inſup ĩ tali ꝓpoſi-
to ſtat· ꝙ ſi eũ q̃uis offendiſſet etiam ſibi
indulgere vellet· vt ſibi deꝰ ꝓpria peccata
ſua ignoſceret· vel etiam ſi aliquę aduerſi-
tates ſibi occurrerẽt ꝙ illas patient vellet
ferre· qꝛ talia ſine grã hr̃e nõ põt. Unde
Ariſto· viij. ethicoꝝ. Triſte fugit natura
Inſup ſi hz animũ ꝑatum ſatiſfacere ꝓxi-
mis quos lęſit ſiue ĩ rebꝫ ſiue ĩ fama ſiue in
corpe. Iſta ſũt q̃nq̃ꝫ ſigna ĩ quibꝫ vnuſ-
q̃ſq̃ꝫ cõmunicaturꝰ ꝓbare ſe põt. Itẽ ſciẽdũ
ꝙ q̃libet debet caſte viuere ante cõmunio-
nem ⁊ poſt cõmunionẽ· de ꝯſe· diſ. ij. Dis
hõ ante ſacram cõmunionẽ a ꝓpria vxore
abſtinere debet tribꝫ diebꝫ· quattuor· aut

h quicꝫ·ſex·ſepte. Vñ legit̃ ꝙ q̇dã ĩ ſab-
bato ſancte paſce ꝓpriã cognouit vxorẽ a
cuꝰ ore qñ ĩ die paſce cõmunicare voluit
corpꝰ chriſti reſilijt. vñ ꝯfeſſus ⁊ ꝯtritꝰ· poſt
ꝯfeſſionẽ ⁊ pñiaꝫ digne cõmunicauit.

i Tem ꝑ ſecũdo ſermone ĩ
hac die tria ſũt dicẽda. Primo
quõ quattuoꝛ genera hominum
ſpũaliter ſumunt h̃ ſacr̃m· hoc quere infra
ſermone .lxxx. M. Scd̃o quõ h̃ ſacr̃m
hodierna die inſtitutũ ſit· ⁊ hoc q̃re infra
ſermone .lxxix. J. Tertio exemplũ ꝺ mi-
lite· q̇ ſingulis dieb⁊ oꝛauit quicꝫ pr̃ nr̃· h̃
q̃re ſermone .lxxx. V.

## In die paſce euẽs. Ser. xlviij. De memoꝛia paſſionis chriſti.

O Vos omnes
o q̃ trãſitis per viam attẽdite et
videte· ſi ẽ doloꝛ ſimilis ſicut
doloꝛ meꝰ. Threñ. i. Vñ Johãnes ꝺ ſctõ
geminiano. Cõueniẽs ẽ vt ſentiat mẽbꝝ
qꝺ ſentit caput· vt nõ ſit diſtinctio ĩ coꝛpe
h̃ ſi q̇d patitur vnũ mẽbꝝ cõpatiant̃ oĩa
mẽbꝛa. Hoc aũt ꝯtingit ſi ñ ſũt paralitica.
Nã membꝝ paliſi occupatũ· alteriꝰ mẽbꝛi
doloꝛẽ non ſentit. Jn verbis igit̃ ꝓpoſitis
inuitamur ſentire ĩ nobis qꝺ chriſtꝰ ſenſit
in ſua paſſione· q꞉ ipſe eſt caput noſtrũ· et
nos ſumꝰ membꝛa eiꝰ· vñ dicit ad nos: O
J vos oẽs ⁊c. Unde in p̃ſenti ſermone
dicẽdũ eſt ꝺ fructib⁊ q̇s q̇s ꝯſequit̃ ex de-
uota meditatione paſſionis chriſti. Nam
primꝰ fructꝰ ẽ cõuerſio ad deũ ⁊ auerſio a
peccatis· q꞉ hõ ꝑ meditationem paſſionis
chriſti diſponit̃ ad ꝯtritionẽ ꝯfeſſionem ⁊
ſatiſfactionẽ. Primo ad ꝯtritionẽ· ⁊ in
ſignũ huiꝰ petre ſciſſe ſũt· ⁊ terremotꝰ factꝰ
ẽ. Sic ⁊ peccatoꝛ moueri dꝫ ad ꝯtritionẽ
ne videat̃ durioꝛ ẽẽ lapidib⁊· et ĩmobilioꝛ
terra. Jtẽ ad ꝯfeſſionẽ· ⁊ ĩ ſignũ huius ſe-
pulcra tp̃e paſſionis chriſti aperta ſũt. Jteꝫ
diſponit ad ſatiſfactionẽ q̃ ꝯſiſtit in ieiu-
nio in elemoſyna ⁊ oꝛõne. Naꝫ chriſtꝰ pro
nob̃ ieiunauit vt nos exẽplo ipſiꝰ ꝓ pctĩs
nr̃is ieiunemꝰ. Silr̃ elemoſynã largã de-
dit. Vñ Ambꝛo· ĩ ſer. Auctoꝛ pietatis in
cruce pẽdẽs teſtamẽtũ ꝯdidit· ſinglis opa
pietatꝭ diſtribuẽs· aplis ꝑſecutionẽ· iudeis
corpꝰ· pr̃i ſpũm· v̓gini paranymphũ· latro-
ni paradiſũ· pctõꝛi īfernũ· chriſtianis penitẽ-
tibꝰ crucẽ. Silr̃ ⁊ oꝛauit ĩ cruce pendẽs· vt
nob̃ oꝛãdi daret exẽplũ. Vñ Augꝰ. To-
ta vita chriſti ĩ terrꝭ q̃ ꝑ hoĩem geſſit· diſci-
plina moꝝ fuit. Vñ etiã Gregꝰ. Dis chri-
ſti actio nr̃a ẽ ĩſtructio. Ergo q̇cũꝗ cupit
ad ſtatũ veri penitẽtꝭ ꝑuenire· ad paſſionẽ
chriſti dꝫ recurrere· ⁊ ſic ĩ illa deuota medi-
tatione miaꝫ dei ĩploꝛare. Unde pctõꝛes
obſtinati ⁊ indurati ſi volũt miaꝫ ꝯſequi·
tũc debẽt ſe dare ad meditãdũ paſſionem
chriſti. Scd̃us fructꝰ ẽ ꝙ chriſtꝰ ꝺ hoĩe K
vitioſo vult facere hoĩem virtuoſũ· de eo
ſcꝫ q̇ libẽter meditat̃ paſſionẽ ſuaꝫ· ⁊ hanc
virtuoſã vitam vnuſq̇ſꝗ appetere dꝫ· q꞉
ſcḋm Ariſto. ix. ethicoꝝ. Virtuoſitas bea-
tiſſima vita eſt· vñ ſi es ſupb⁊· ⁊ appetis fi-
eri hũilis· tũc cogita paſſionẽ chriſti et hu-
militatẽ ipſiꝰ· tũc deꝰ dabit tibi hũilitateꝫ
⁊ auferet a te ſupbiã. Silr̃ ſi auarꝰ tũc co-
gita paupꝑtateꝫ chriſti. Si iracũdꝰ· tũc co-
gita mãſuetudinẽ chriſti· ⁊ ſic de alijs. Nã
paſſio chriſti ẽ remediũ ꝯ̃ oĩa vitia· qꝺ ꝓ-
bat̃ ſic. Nã pᵒ̃ ꝯ̃ inobediẽtiã mãdatoꝝ:
reſpice coꝛonã ſpineã cerebꝝ ꝑfoꝛãtẽ. Jtẽ
ꝯtra ſupbiã ⁊ ĩgratitudinẽ· vide caput in-
clinatũ· Cõtra maliciã ⁊ liuoꝛẽ· attẽde la-
chꝛymas ⁊ gemitꝰ chriſti. Cõtra detracti-
ones ⁊ inſidias· attẽde maxillas alaphiça-
tas· ⁊ linguã ꝓ inimicis oꝛãtẽ. Cõtra gu-
lam fel ⁊ acetũ· Cõtra auariciã· chriſti nu-
ditatẽ ⁊ paupꝑtatẽ. Cõtra inuidiã bꝛachi-
oꝝ extẽſionẽ ⁊ p̃cipuã charitatẽ. Contra
luxuriã· flagella ⁊ vulnera. Cõtra irã· late-
ris apertionẽ. Cõtra accidiã· clauos pedũ.
Que remedia ⁊ multa alia ꝯ̃ bella vitioꝝ
repiũt̃ efficaciſſima ĩ ſpeculo paſſiõis chri-
ſti ꝓ nob̃ crucifixi. Vñ quicũꝗ vult vitia
deponere· ⁊ virtutes adquirere· paſſionem
chriſti dꝫ meditari. Tertiꝰ fructus eſt ꝙ
chriſtꝰ vult facẽ firmã pacẽ ĩter hoĩem il lũ
⁊ p̃reꝫ ſuũ oĩpotẽtẽ· q꞉ ꝑ mortẽ chriſti pax
ĩter deũ ⁊ hũanũ genꝰ ẽ facta· ⁊ illa reno-
uabit̃ ꝑ deuotã meditationẽ paſſiõis chri-
ſti· ſanctificationẽ ĩ aĩa illiꝰ hoĩs faciẽteꝫ·

Vñ Bonauẽ. Nihil ita in hoīe oꝑatur
vniūſalē ſactificationē: ſicͣ meditatio paſ-
ſiōis chriſti. Quartꝰ fructꝰ ē ꝙ oīs tribu
latio erit homi leuis ad portādū Et q̄tiēs
hō triſtis rememorabitᷣ paſſionē chriſti. to-
tiēs a chriſto ꝯſolabitᷣ ī q̄cūqꝫ tribulatiōe
vel neceſſitate fuit. Vñ ipſe dicͣ ꝑ ꝑs. Cū
ipſo ſū ī tribulatiōe eripiā eū ⁊ glorificabo
eū. Ergo ſpēale refugiū tribulatꝗ dꝫ eſſe
memoria paſſiōiſ chriſti. Nā ſi q̇s dolet ca
put cogitare dꝫ dolorē chriſti quē habuit
qñ cū ſpinis coronatꝰ fuit. Si oculos vel
faciē. vlʼ manꝰ vel pedes dolet. recurſū hr̄e
dꝫ ad paſſionē chriſti. Silr̄ ſi q̇s patitᷣ ſiti
frigꝰ. vlʼ alias triſtatᷣ. cogitare dꝫ ꝙ chriſtꝰ
eadē ſuſtinuit. Vñ Iſido. de ſū. bo. Si
paſſio chriſti ad memoriam reducitᷣ. nihil
tā durꝫ qd̕ nō ęquo aīo toleretᷣ. Vñ etiaꝫ
Bern̄. Quid ē qd̕ tibi ſuaue nō videtᷣ. ſi
collegeris ⁊ memoratꝰ fueris oēs amaritu-
dines ſaluatoris. Quintꝰ fructꝰ ē. ꝙ tali
homi volūtas dei notificabitᷣ ad cogno-
ſcēdū q̇d deꝰ velit. ⁊ cū hͣ datᷣ homi poſſe
ad ꝑficiēdū agnitā dei volūtatē. ut habetᷣ
Ioh. xv. Sine me nihil poteſtis facere.
Ergo q̇ ī dubijs ē īplicatꝰ. recurſū dꝫ hr̄e
ad bonos ⁊ diſcretos viros. ⁊ principalitᷣ
ad paſſionem chriſti. ⁊ dꝫ dicere cuꝫ ꝓpha
dauid: doce me facere volūtatē tuā. quia
deꝰ meꝰ es tu. Sextꝰ fructꝰ eſt ꝙ chriſtus
vult dare tali hoī deuotionē. ⁊ cū hͣ vult
audire ipſiꝰ orōeꝫ. Vñ qñ q̇s ē aridꝰ ab
oīni deuotiōe. tūc dꝫ hr̄e recurſū ad paſſi-
onē dñi. ibi ꝑt enī haurire deuotiōis dul-
cedinē. Unde Augꝰ. ī li. d̕ vgi. Inſpicite
vulnera ꝑēdentꝭ. ſanguinē morientꝭ. ꝑciū re-
dimētꝭ. cicatrices reſurgētꝭ. Caput hꝫ īcli-
natū ad oſculandū. cor aptū ad diligēdū
brachia extēſa ad amplexādū. totū corpꝰ
expoſitū ad redimendū. Hęc quanta ſint
cogitate. hͣ ī ſtatera cordis veſtri appēdi-
te. vt totꝰ vobͣ figatᷣ ī corde. q̇ totꝰ ꝓ nobis
fixus fuit ī cruce. Silr̄ ſciēdū ꝙ qñ q̇s ali-
q̇d ſerioſe vult petere a deo. ſiue ſit ꝓ ſeip-
ſo ſiue ꝓ alijs. ſiue etiā ꝓ defūctis tūc ꝑus
dꝫ ſe dare ad meditādū paſſionē chriſti. ⁊
ſic ī illa deuota meditatiōe debet chriſto
ſupplicare. ⁊ tūc oīno exaudietᷣ ſi aliq̇d ſa-

lubre ⁊ vtile petit. Septimus fructꝰ ꝙ
chriſtꝰ talē ſcribit ī triplici ꝑte ſui corꝑis.
ſcꝫ ī manibꝫ ad auxiliādū ei ī oībꝫ āguſtijs
⁊ neceſſitatibꝫ. In pedibꝫ ad ſecū manēdū
In corde vt nūqꝫ obliuiſcatᷣ ſui ⁊ ſꝑ eibo-
nū optet. Vñ Eſa. xlix. Si obliuiſci pōt
mr̄ filij vteri ſui. et ſi illa oblita fuerit. ego
tñ nunqꝫ obliuiſcar tui. Octauꝰ fructꝰ ē
ꝙ hō ꝑ deuotā ⁊ ꝯtinuā meditationē paſ
ſionis chriſti maioreꝫ pōt a deo impetrare
grāꝫ. qꝫ ſi tota ecclīa ⁊ oēs hoīes ī hͣ mun-
do exñtes ꝓ eo orarēt. Vñ Chryſo. ſuper
Matth. Nulla enī res ē q̄ magꝭ ad ſalutē
hoīuꝫ ꝑtineat qꝫ mors chriſti. Nonꝰ fru-
ctus eſt ꝙ ꝓcellit illa meditatio alia bona
oꝑa ⁊ exercitia corꝑalia. qꝛ nihil ē deo tā
acceptū ⁊ homi tā meritoriū poſtqꝫ ꝑriam
egit d̕ ſuis pctīs. ſicͣ paſſiōis chriſti memo-
ratio. Vñ Alber. mag. Simplex recorda-
tio paſſiōis chriſti. multo plꝰ valet qꝫ ſi ī-
tegꝛ ānū ieiunaret q̇s ī pane ⁊ aqua. vel ſi
q̄tidie virgis ⁊ flagellis cederetᷣ vſqꝫ ad ef-
fuſionē ſanguīs. vel ſi q̄tidie legeret ītegꝛ
pſalteriū. Decimꝰ fructus ē. ꝙ ꝯtinua ⁊
deuota meditatio paſſiōis chriſti ē homi
magꝭ ſalutifera. qꝫ ſi beata maria cuꝫ oībꝫ
ſāctis ꝓ ipſo ītercederet. ⁊ hͣ ē reſpectu paſ
ſioniſ chriſti. q̄ īfinitę ē efficatię. Nā ī ora-
tionibꝫ ſāctoꝝ ꝯſiſtit ꝑncipalitᷣ ſalꝰ hoīuꝫ
Sꝫ ī paſſiōe chriſti multo magꝭ adhuc ꝯſi
ſtit. Vñ Chryſo. ſuꝑ Matth. Oīs ſalus
hoīuꝫ ī morte chriſti poſita ē. Undeci-
mꝰ fructꝰ ē ꝙ ſi hō aliq̇s negligētᷣ vixiſſet
⁊ tādē paſſionē chriſti deuote recoleret et
ꝯtractaret. per hͣ tñ ꝓmiū adipiſcitᷣ. ſicut
aliq̇s q̇ nō habuit tātā deuotionē ad paſ
ſionē chriſti. ꝗ in alijs ſeruicijs ⁊ exercitijs
deo a iuuētute ſeruiuit. Ergo q̇ negligentᷣ
vixit. recupare dꝫ neglectū ex vulneribus
ieſu chriſti. Unde Bern̄. Scio ꝙ merita
mea mihi non ſufficiūt. ꝗ ꝯfidentᷣ qd̕ ex me
mihi deeſt vſurpo mihi ex vulneribꝫ dñi.
Duodecimꝰ fructꝰ ē. ꝙ chriſtꝰ illū qui
ꝯtinue ⁊ deuote meditatꝰ ē paſſionē ſuam
ī hora exitꝰ ſui vult ipſū lętificare ī ęterna
ꝯſolatiōe. ⁊ pꝰ mortē ęterna regna ⁊ glīaꝫ
ſempiternā ſibi dare. Et hoc eſt vnicuiqꝫ
homī ſūme neceſſariū. ꝙ chriſtus ſibi aſſitᷣ

in tpe ſuę mortis·qꝛ tūc inſtat maxīa tem-
ptatio homi. Vñ q̇libet hō dꝫ mori ī me-
ditatione paſſiōis chriſti · ⁊ dꝫ illa quinqꝫ
hīe q̄ chriſt⁹ ī cruce morīēdo habuit · De
L h̄ q̄re infra ſer .cxxxv. D ¶ Et nota ex-
emplū ꝙ q̇libet dꝫ mori ī meditatiōe paſ-
ſionis chriſti. Vñ legit̄ ꝙ q̇dā magn⁹ pec-
cator ī agone ꝑcuſſus in repꝑcuſſiōe pctōꝝ
ſuoꝝ·⁊ ī tali anguſtia dedit ſe ad meditā-
dū paſſionē chriſti· et ſingulis mēbrorum
chriſti paſſiōib⁹ ſuoꝝ membroꝝ iniq̇tateꝫ
adiūxit·vtputa qñ cogitauit ſuoꝝ criniū
ornatū·ad genas euulſas dñi ieſu cōpati-
onē fecit. Et vult⁹ ſui cōpoſitionē ad dñi
ieſu ꝯſputā faciē equiꝑauit . Et oculoruꝫ
ſuoꝝ vagā ⁊ diſſolutaꝫ viſionē·ad chriſti
ieſu oculorū velationē cōꝑauit. Et luxu-
riā et delitias corpis flagellatiōib⁹ chriſti
aſſiſauit . Et gulā ⁊ ebrietatē ſuam felli ⁊
aceto adiūxit·⁊ ſic de alijs·reddēdo ſingu
la ſingulis·⁊ nō ē ambigēdū quin ſaluteꝫ
cū latrone obtinēs ab hac luce emigrauit.
Poſtremo q̄rit̄ vtꝝ hō pl⁹ teneat̄ regra-
tiari deo d̄ bñficio creatiōis q̄ꝫ de bñficio
redemptiōis. Rñdet̄ ꝙ hō pl⁹ tenet̄ regra
tiari deo d̄ redemptiōe q̄ꝫ d̄ creatiōe. Vñ
Ambro·ī li. de virgi . Plus enī dñe ieſu
debeo tuis iniurijs q̇b⁹ redempt⁹ ſum· q̄ꝫ
tuis virtutib⁹ q̇b⁹ creat⁹ ſū ·nō enī h̄ ꝓdeſ-
ſet niſi ⁊ redimi ꝓfuiſſet. Vñ Chryſo·ſuꝑ
Matth. Nec ē aliq̇d aliud ꝓpt̄ qd̄ magis
deo gr̄as agere debeam⁹ q̄ꝫ ꝓpt̄ mortē ip-
M ſius ¶ Q̄ aūt deo nihil ſit tam acceptū
⁊ homini tam ſalutifeꝝ ſicͭ deuota medita
tio paſſiōis chriſti·oñdit̄ ī illo exēplo. Le-
git̄ enī ꝙ q̇dā heremita extitit ſanctiſſimę
vitę q̇ inſtantiſſime dñm exorauit· vt ſibi
oñderet qd̄ ſuitiū īter oīa ſuitia ſibi ma-
gis placeret· h̄ qꝛ multum valet depc̄atio
iuſti aſſidua : Cōtigit q̄dā vice cū idē he-
remita eēt ī cella ſua ⁊ orādo deū honora-
ret. Audiuit cuiuſdā pauꝑis vocem de q̇
multū admirat⁹ ſurrexit· tēptans q̇d hoc
eēt. Et cū exiſſet vidit hoīeꝫ nudū ⁊ crucē
magnā ſuper ſe baiulantē ·quē cū vidiſſet
dixit: Quiſnā es tu·⁊ vnde veniſti· at ille
rñdit·d̄ cęlo veni. Et ille·q̇s es tu? rñdit·
Jeſus chriſt⁹ marię fili⁹ ego ſū. Cui ille ait.
Quid o bone ieſu h̄ facis corā me miſero
pctōre. Rñdit·tu me huc tuis orōib⁹ cōpu
liſti. Nā diu me rogaſti vt oñderē tibi qd̄
ſuitiū īter oīa ſuitia maxime acceptarē·et
nūc veni tibi h̄ īdicare . Nā vides magnā
crucē quā porto ī humeris meis . Et ē mi-
hi acceptiſſimū ſuitium qd̄ tu ⁊ q̇libet hō
mihi exhibere poteris vt tollas crucē meā
ſuꝑ te·memorādo q̄tidie paſſionē meam
deuote: h̄ ſuiciū ē mihi acceptabiliſſimū.
Sꝫ diceret aliq̇s quē honorē debeo exhi-
bere paſſioni chriſti. Pro quo ſciēduꝫ N
ſm̄ Jorda·ꝙ q̇ q̄tidie dixerit·xv. pr̄·nr̄·ꝑ
vnū ānū ꝯtinuū · hic cōpleto āno cuilibet
vulneri dixit vnū pr̄ nr̄ · ita ꝙ tot ſūt vul-
nera chriſti· q̄t dies ī āno quīdecies mul-
tiplicati·accipiēdo qualibet plāgā flagel-
lationis ꝓ vno vulnere· ⁊ pūcturā cuiuſli-
bet ſpinę ꝓ vulnere vno· Vñ verſus. Se-
ptuagintaquiqꝫ q̄ter centū milia quinqꝫ.
Tot fert̄ chriſt⁹· pro nob̄ vulnera paſſus.
Quę q̇dē orō multū efficax eſſe ꝓhibetur.
Vñ Bern̄. Nos ad deuotionē incitans
inq̇t . Volue et reuolue huc ⁊ illuc dñicū
corp⁹·vbiqꝫ īuenies dolorē ·vbiqꝫ cruorē.
Vñ etiā Aug⁹. Jeſus dñs q̇ cęlū diuſis
veſtiuit ⁊ veſtit ſiderib⁹·nud⁹·vētis et ar-
dorib⁹· ⁊ ad maioris pudoris cumulū per
iudicis miſtros eſt crucis duris ⁊ magnis
clauis affix⁹. Vñ Bern̄. Chriſt⁹ oſtendit
nob̄ man⁹ vt faciam⁹ q̄ fecit·lat⁹ vt ſenti-
am⁹ q̄ ſenſit · pedes vt ambulem⁹ q̇ ꝓrexit
Vñ idē Bern̄·ī ꝑſona chriſti in q̇dā ſer-
mone. O hō vide q̄ ꝓ te patior· nō ē dolor
ſicͭ dolor q̇ crucior·ad te clamo·qꝛ ꝓ te mo
rior·vide pęnas q̇b⁹ afficior · vide clauos
q̇b⁹ ꝯfodior·cū dolor ē tāt⁹ exterior·īteri⁹ ē
plāctus grauior·cū te tā ingratū exꝑior.

## In die paſceues. Sermo.xlix. De paſſione.

I Nclinato ca-
pite emiſit ſpirituꝫ. Joh .xix.
Joh . de geminiano . Mors
ſaluatoris (chariſſimi) quā hodie recolim⁹
fuit vltima cōſumatio dñicę paſſionis· et
fuit cōſūmatio noſtrę redemptionis. Fuit

etiā oſtēſio immenſe dilectionis. Siqdez
cōpleto certamine dñice paſſiōis·ɔſūma/
toqȝ ope redemptiōis inclinauit caput et
emiſit ſpūm. Ergo dī in verbis pmiſſis:
Inclinato capite. Ex q̊ in pcedēti ſmone
dictū ē·qȝ ſalubre ⁊ vtile ē hre memoriam
paſſiōis chriſti. Tūc iā i ſmone pñti dicē/
dū eſt·q̄ hō cogitare dȝ·cū videt crucifixi
imaginē vt ſic ex paſſiōe chriſti deuotio/
D nem hauriat. Pro quo notandum ꝙ
chriſt⁹ pedēs i cruce qttuor habuit. Pri/
mo caput habuit iclinatū. Scd̄o habuit
man⁹ pforatas ⁊ extēſas. Tertio pedes cō
fixos ⁊ affixos. Quarto lat⁹ aptū. Caput
habuit pmo inclinatū i ſignū recōciliatio/
nis tanqȝ oſculatur⁹ hoiez ad grāz eū re/
cipiēdo. Multū enī ānis de⁹ pr̄·homī fuit
inimic⁹·ſȝ chriſt⁹ p paſſionem recōciliauit
hoiez deo pr̄i. Ro.v. Cū inimici eſſemus
recōciliati ſum⁹ deo p mortē filij ei⁹. Ergo
i ſignū recōciliatiōis chriſt⁹ caput inclina/
uit i cruce pbēdo nob̄ oſculū·imo etiaȝ pe/
tit a nob̄ oſculari dicēs ad quēlibet pecca
torē illud Geñ.xxvij. Accede et da mihi
oſculū fili mi. Et h̄ fit p pñiam et emēda/
tionē vite. Ergo o pctōr quōdā fuiſti dei
inimic⁹·nunc p ɔtritionē poteris dei filius
fieri. Quōdā a deo p pctm̄ receſſiſti·nūc
ḡ accede p ɔtritionē ⁊ pñiaȝ·qꝛ ipſe ē pa/
ratus te ad grāz recipe·⁊ tibi oīa peccata
tua indulgere. Et h̄ figuratū ē nob̄. Luc.
xv. de filio pdigo redire volente ad prēm:
cū adhuc lōge eſſet·vidit eū pr̄ ſu⁹·et mīa
mot⁹ ē·⁊ occurrēs amplexatus eſt collum
P eius ⁊ oſculatus ē eū. Scd̄o chriſt⁹ ha/
buit caput inclinatū tanqȝ nos ſalutatur⁹
bonū nob̄ optādo. Solēt aūt hoīes ſalu/
tādo q̄druplicit bonū ſibiȷnuicē optare
ſcȝ bonā diē·bonā noctē·bonū mane·bo/
nū veſper. Sic chriſt⁹ d̾ cruce optat homī
bonā diē eternitatis·quā diē dedit latro/
ni cū dixit ei·vt habet Luc.xxiij. Amē di
co tibi hodie mecū eris i paradiſo. Itē bo/
nā noctē optat homī tpe pñtis aduerſita/
tis cū ſibi dat grāz ⁊ ꝟtutē patiētie. Vñ
Matth.v. Beati eritis cum maledixerit
vob̄ homīes ⁊ pſecuti vos fuerint·⁊ dixe/
rint omē malū aduerſum vos mentientes
pter me·gaudete ⁊ exultate i illa die·qm̄
merces veſtra copioſa eſt in celis. Ergo o
hō noli timere aduerſitates huius ſeculi·
qꝛ et chriſt⁹ pter te aduerſitates ſuſtinuit
Itē optat homī bonū mane ſcȝ opatiōis
Vñ Can.vij. Mane ſurgam⁹ ad vineaȝ.
O hō cogita q̊d xp̄s ſuſtinuit tota nocte
⁊ mane hora pma p te·⁊ ſurge ⁊ regratia/
re ei. Itez optat homini bonū veſper·⁊ h̄
ɔtingit in agone mortis. Iſtud figuratuȝ
eſt Joh.xx. Ubi chriſt⁹ cū ſero factū eſſet·
venit ad diſcipſos ſuos·⁊ dixit eis: Pax
vob̄. Sic ſi deuote ſuis chriſto·paſſionē
ei⁹ portās i corde tuo·veniet ad te p grāz
ſuā in vltima hora mortis tue·⁊ faciet tibi
pacem·⁊ defendet te ꝙ demones tibi no
cere nō poterūt. Vñ Greg⁹. Aliqñ i ɔſo/
lationē egredientis aīe ipſe apparere ſolet
auctor ⁊ retributor vite. Tertio habuit
caput iclinatū tanqȝ pi⁹ dñs volēs exau/
dire pces hoīs. Solēt enī principes ſeculi
qñ aliquē paupem petētē volūt exaudire
caput iclinare ⁊ attente aduꝟtere. Sic chri/
ſtus rex glie volēs hoīem exaudire·caput
inclinauit i cruce. Vñ pš. Inclinauit dñs
aurē ſuā mihi ⁊ i dieb⁹ meis iuocabo.q.d.
Ex q̊ video caput i cruce iclinatū·certus
ſū ꝙ exaudiet me·⁊ ideo ɔfidenter iuoco.
Quarto habuit caput inclinatū tanqȝ
grās agēdo·⁊ deū patrē benedicēdo Pš
In pplo graui laudabo te. Popul⁹ gra/
uis fuit populus iudeorum qui grauis fu/
it chriſto ad puniēdū eū: Tñ iter iſtū po/
pulū chriſt⁹ laudabit deū patrez. Sȝ di/
ceres·O chriſte quō poteras grās dicere
deo pr̄i·q̊ tot penis te expoſuit nec ab illis
te eripuit. Rñdet ꝙ chriſt⁹ grās egit i tpe
mortis ſue pcipaliter pp̄t duo. Primo
qꝛ hūanū gen⁹ redemit p ſuā amarā mor/
tem ab eterna damnatione. Scd̄o vt ex/
emplū nob̄ daret·ut et nos deo pr̄i grās
agerem⁹ i tribulatiōib⁹ nr̄is. Vñ Greg⁹
Recte mētis ē deū nō ſolū in pſpis bene/
dicere·ſȝ etiam i aduerſitatib⁹ collaudare.
Vñ Caſſi·ſuper illud pš. Voluntarie ſa/
crificabo tibi. Voluntarie deo ſacrificāt·q̊
inter anguſtias paſſionū iugiter deo grās
agūt. Scd̄o etiā chriſt⁹ hūit man⁹ pfo

ratas ꝛ extēſas· et hꝰ ad dandū ꝛ ꝓtegēdū
ꝛ ad aduocādū ꝛ ad ꝑcutiēdū. Pͥo ad
dandū. Vñ puer. vlꝗ. Manū ſuā apuit
inopi. Qñ enim diues extēdit manus ad
pauꝑem· ſignū ē ꝙ ſibi aliqͥd vult dare· ſic
ꝛ chriſtꝰ in cuiꝰ domo ſūt diuitie ꝛ glie· ex-
tēdit manꝰ apertas ꝛ ꝑforatas ad nos in
ſignū ꝙ vult nobꝭ oīa neceſſaria largiter
miſtrare ſi boni ſerui ipſiꝰ fuerimus. Vñ
ps. Nunꝗ vidi iuſtū derelictū nec ſemen
eiꝰ ꝗrere panē. Vñ etiā ipſe dic̄ Matth.
vi. Nolite ſolliciti eē dicētes: Quid mā-
ducabimꝰ aut qͥd bibemꝰ aut q̊ opiemꝰ· ſcit
enī pr̄ vr̄ ꝙ his oībꝫ īdigetꝭ. Ergo ꝯfidere
debemꝰ chriſto ꝙ velit nos nutrire ꝺ iuſtis
bonis· ꝛ cauere nobꝭ de rebus iniuſtis cum
qͥbꝫ ſaluari nō poterimꝰ. Scḋo hꝫ manꝰ
extēſas ad ꝓtegendū nos ab inſidijs dia-
boli ꝛ ab omni malo. Vñ ps̄. Et ī vela-
mēto alaꝝ tuaꝝ exultabo. Nā ſic gallina
pullos ſuos ꝓtegit ſub alis· ſic chriſtus ſꝰ
laceratis brachijs nos ꝓtegit a cūctis pe-
riculis. Tertio oñdit manꝰ ad vocādū ho-
minē peccatorē ad ſe. Pro q̊ ſciēdum ꝙ
chriſtꝰ reuocat de cruce peccatorē ad ſe ſic̄
auceps niſum ſuū qñ auoluit ab eo· tunc
enī extendit manū ꝛ clamat et ſi non redit·
tūc accipit carnē ſanguinolentam ꝛ eam
oñdit niſo· vt viſa carne redeat· ſic chriſtꝰ
vocās peccatorē crucē aſcēdit· manus ex-
tendit· valide clamauit· ꝛ tādē ſanguino-
lentas manꝰ expandit· ut ſic ſaltem pecca-
toꝛ viſo ſanguine chriſti queꝫ pro eo fudit
citius reuertat̄. Sꝫ heu abſurdū ē ꝙ auis
indomita in q̄ttuoꝛ ſeptimanis domatur
ꝛ inſtruit̄· ꝙ ad manum dñi ſui volat· ſed
pctōꝛ indomitꝰ qñqꝫ ī .xx. vel .xxx. ānis nō
pōt domari cū oībus bñficijs· vt ad chri-
ſtum realiter ꝛ veraciter redeat· Vñ ipſe
ꝯquerit̄ ꝺ multꝭ peccatoribꝫ q̊s diu voca-
uit· ꝛ quibus multiplicia bñficia exhibuit
dicēs illud ꝓuer. p̊. Vocaui et renuiſtis·
expandi manus meas· ꝛ non fuit qui aſpi-
ceret. Quarto manꝰ extendit ad ꝑcutien-
dū peccatores induratos et obſtinatos qͥ
nolunt ad ipſuꝫ redire iā tpe ḡtie· nec pñt
emolliri per beneficia dei· nec ꝑ paſſionem
chriſti· nec ꝑ penā iferni· nec ꝑ gaudiū celi
Nō eſt illis ſcꝫ pctōribꝫ obſtinatis cōmu-
tatio. Glo· qꝛ nō mutāt̄ in melius· et non
timent deū qui extēdit manū ſuā in retri-
buēdo. Sed q̄lis erit illa retributio? Re-
ſpōdet̄. Sententia eterne dānationis cū
qua ꝑcutiētur a chriſto ī extremo iudicio:
cū dicturus eſt malis et obſtinatis illud
Matth. xxv. Ite maledicti ī ignē eternū·
Tertio chriſtꝰ hūit pedes confixos· ps̄·
Foderūt manꝰ meas ꝛ pedes meos. Pro
q̊ ſciēdū ꝙ pͥo habuit pedes cruci affixos
ī ſignū ꝙ vult manē nobiſcū. Vñ Matth.
vlꝗ. Ecce ego vobiſcū ſum vſqꝫ ad ꝯſum-
mationē ſeculi. Ideo vocatū ē nomē eius
emanuel· i· nobiſcū deus. Scḋo vt pedes
nr̄os interioꝛeſ· i· affectiones cordis noſtri
cruci chriſti affigeremus· ac ſi de cruce ad
hoīeꝫ diceret: Vide pedes meos corꝑali-
ter cruci affixos· vt exemplo meo īterioꝛes
pedes tui cruci ꝯfigāt̄· vt crux chriſti nūꝗ
a tuo affectu ſeꝑet̄· vt poſſet dicere illud
ad Gal. ij. Chriſto ꝯfixus ſum cruci. Ter-
tio ut nos perſeuerantiā in bono doceret·
ꝓpter qḋ iudei clamauerūt: Si filius dei
es deſcende nunc de cruce· noluit tñ deſcē-
dere· ſed vſqꝫ in finē vite in ea permanſit·
vt nobis exemplum daret· ut perſeuerare
debeamꝰ ī bono vſqꝫ ad finē. Vñ Gregꝰ
ili. p̊. Moral. Incaſſum bonū agit̄ ſi an
vite terminum deſerat̄. Vñ Iſido· de ſū-
bo· Tunc deo placet nr̄a conuerſatio· qñ
bonū qḋ īchoamꝰ ꝑſeuerāti fine cōplemꝰ
Quarto vt nobis viaꝫ ad celū oſtēderet.
Si enī aliq̊s vulneratis pedibus ꝓcedit·
ex ſanguine de pedibꝫ eiꝰ fluēte via ſignat̄
adeo ꝙ ſequens errare non poteſt ſi vult
īſpicere veſtigia. Sic chriſtus pedes ſuos
trāſfigi fecit· vt oñderet nobis viā ad celū
q̄ nō ē alia niſi tribulatio. Vñ Act. xiiij.
Per multas tribulatiōes opoꝛtet nos ī-
gredi regnū celoꝝ. Vñ Matth. vij. Ar-
ta ē via q̄ ducit ad vitā. Quarto dico
ꝙ chriſtꝰ habuit latꝰ aptū· Primo vt di-
lectionē ſuā nobꝭ exp̄meret. Vñ Ioh. xv.
Maioꝛē charitatē ac dilectionē nemo hꝫ
vt aīaꝫ ſuā ponat q̊s ꝓ amicis ſuis· Ideo
enī chriſtus coꝛ ſibi aperiri voluit ī cruce·
vt nobꝭ oſtenderet ſuā intimā dilectionē.

Ac ſi diceret· ex corde hominem diligo·et
h̄ in aptiōe cordis oſtēdo. ¶ Circa quod
N notādū ē ꝙ chriſt⁹ valde accēſus fuit ī paſ
ſione ſua in amorē nr̄m·qđ ꝑ q̄ttuor oſtē
dit. Primo q: valde ſudauit. Luc.xxij. Fa
ctus ē ſudor ei⁹ ſicut guttę ſanguīs decur
rētis ī terraꝫ. Nā eni aliq̇s ſtat circa puū
ignem tūc ſudat ī facie· ſ3 qn̄ ſtat circa ma
gnū ignē tūc ſudat in toto corpe·igit̄ ma
gn⁹ ignis ī chriſti pectore erat· q: toto cor
pore ſudauit. Scđm ſignū ē·q: valde ſiti
uit·iō dixit·ut habet̄ Joh.xix: Sitio. Hō
enī valde inflāmat⁹·cōſueuit eſſe ſitibūd⁹
multū. Bern̄: Sitio ait nō doleo. O dn̄e
q̇d ſitis? Et rn̄dit ī perſona chriſti: Fidez
veſtrā·ſalutē veſtrā·⁊ gaudiū veſtꝝ·plus
ſal⁹ aīaꝝ veſtraꝝ q̄3 cruciat⁹ corporis mei
me tenet. Et ſi nō mei·ſaltez veſtri miſere
mini. Tertiū ſignū ē ꝙ tot⁹ ī corpe rubuit
ex eo ꝙ tot⁹ ſanguīe rube⁹ erat. Nō enim
ſtans ad puū ignē rubet ī facie· ſ3 ſtans ad
fornacē rubet ī toto corpe. Sz q: magnuſ
feruor ī corde chriſti arſit·ideo ī toto cor
pore rubuit·⁊ inſup veſtes ī cruce ferre nō
potuit· ſ3 nud⁹ crucē aſcēdit·ac ſi ipſo facto
diceret: Tāto igne charitatꝭ ardeo·ꝙ ve
ſtes ferre nō valeo. Quartū ſignū ē ꝙ la
tus aptum habuit· ad oſtēdendū vt nos
ex corde ⁊ feruēter diligeret. Scđo latus
aptū habuit vt nob ſufficiētiā ſatiſfactio
nis ꝓ oīb pctis oſtēderet. Vn̄ ps. Apud
dn̄m miſe·⁊ co·apud eū redēptio. Attēde
ꝙ ſufficiēter chriſtus ſatiſfecit. Nā quędā
pctā ſūt manifeſta q̄ appent exteri⁹·q̄daz
occulta q̄ latēt ī corde iteri⁹. Vt ḡ chriſt⁹
oſtēderet ſe ſufficiēter ſatiſfacere·tā ꝓ ma
nifeſtis q̄3 ꝓ occultis pctis·ideo exteri⁹ de
corpe ſudauit ⁊ fudit ſanguinem ⁊ interi⁹
etiā de corde. Tertio vt nos ad apiēduz
ſibi cor noſtꝝ alliceret. Vn̄ Can. v. Vox
dilecti mei pulſantis· api mihi ſoror mea·
colūba mea·amica mea·imaculata mea·
q·d·api mihi cor tuū ī deuotiōe·q̇ tibi cor
meū apui ī paſſiōe. Nota ꝙ chriſtus aīaz
fidelē appellat ſororē ſuam·ꝓpter naturę ſuę
ꝯformitatē·amicā ꝓpt̄ ſincerā charitatez·
colūbā ꝓpt̄ opeꝝ fęcunditatē·imaculataz
ꝓpt̄ peccati imunitatē. Quarto chriſt⁹ la

tus apuit vt homī refugiū ꝑpararet. Cā.
ij. Veni columba mea ī foraminib petrę.
foramina petrę ſunt vulnera chriſti. Co
lūba ſ̄m Greg. ſolet nidificare in cauer
nis petrę·⁊ cū videt miluū refugit ne rapi
atur a miluo·ſic anima deberet nidificare
ī vulnerib chriſti vt ad illa refugeret cuz
diabol⁹ vellet eaꝫ ad pctm̄ trahere. ¶ Q̄
R aūt valde bonū ſit homī venerari paſſio
nē chriſti ꝑtereūdo imaginē crucifixi·oſtē
dit̄ ī illo ſequēti exēplo. Legit̄ de q̇dā he
remita q̇ lōgo tpe duxit aſperā vitā·⁊ cuz
q̇dā latro ad eū veniſſet·q̇ ꝑ multos an
nos hoīes ſpoliauerat ⁊ latrocinia perpe
trauerat·facta ꝯfeſſiōe nullā ab heremita
voluit recipe pn̄iaꝫ niſi valde breuē. Tā
dem heremita iniūxit ei vt quotiēs in via
aliquā crucē videret flexis genub dn̄icaꝫ
oroēz diceret. Et ille latro cū hanc pn̄iam
ſuſcepiſſet·⁊ paululum a cella heremitę di
ſceſſiſſet·tunc vidit hoſtes ſuos eum inſe
quētes·quoꝝ cōſanguineos iugulauerat·
⁊ videns eos cepit īmediate fugere. Quo
fugiente ſtatim vidit crucem in via erecta·
⁊ ſic flexis genub cepit oroēz dn̄icā dicere
⁊ cum ſic effugere potuiſſet mori maluit q̄3
pęnitentiam ſibi iniūctam pręterire. Et ſic
obtulit vitaꝫ ſuam deo ⁊ recommendauit
ſibi aīaꝫ ſuam·vt illā pn̄iaꝫ ꝓ oīb peccatꝭ
ſuis acceptaret. Et ſic ī eodem loco ab ini
micis ſuis occiſus eſt·tunc heremita vi
dit ꝙ angeli dei animaꝫ latronis ſuſcepe
runt·et cum magno gaudio īmediate ad
cęlū deduxerūt. Quantū ad ſcđaꝫ ptē S
iſtius ſermonis ſciendum ꝙ chriſti paſſio
fuit valde amara·imo amariſſima·⁊ h̄ ꝓ
pter nouē cauſas et rōnes. Primo ex ꝑte
corpis·q: delicatioris naturę fuit q̄3 cęteri
homines·ex eo ꝙ de puriſſimo ſanguine
marię corpus ipſius a ſpūſancto formatū
ē. Et hec eſt vna rō·quare chriſt⁹ fuit pul
cerrim⁹ hoīuꝫ ſine omni difformitate·quia
ſ̄m ꝓphetā·dei ꝑfecta ſunt opera. Sz ſpi
ritusſanctus operat⁹ ē corpus ieſu ī vtero
virgīs·igit̄ ⁊c· Imo chriſt⁹ delicatior fuit
⁊ tenerior in oīb mēbris·imo etiā in pe
dibus ⁊ plantis ſuis·q̄3 alius hō ſit ī facie
ſua·in qua tn̄ eſt tenerior caro in homine·

et q̄ ſua paſſio fuit amarioꝛ· ⁊ reuera amariſſima ꝑ ceteris paſſionibus hoīum. Hoc etiã ꝓbat̄ naturalit̄· qꝛ ſi ē aliq̄s hõ groſſe nat̄e ſic ruſtic⁹ q̇ q̄ñ q̄ʒ tãgit vrticas· min⁹ inde ledit̄ q̄ʒ ali⁹ hõ delicatioris nature. Idẽ etiã ptʒ ex h̄· qꝛ aliqui q̇ ſũt tenere nature valde ⁊ ſup̄ modũ dolẽt q̄ñ cũ virga verberant̄· quã tñ aliqui q̇ ſunt groſſioris nature modicũ curant. Secũda rõ ꝓpt̄ aīe lympiditatẽ· qꝛ chriſt⁹ oīa ſua vulnera ſenſit ſingularit̄· In nobis aũt nõ ē ſic· qꝛ q̄ñ vn⁹ nr̄m hʒ q̄ttuoꝛ vulnera· tũc vuln⁹ ĩ q̇ ē maioꝛ doloꝛ magꝭ ſentit̄· ⁊ d̄ eodẽ pl⁹ ꝯq̄ritur· ſic ꝙ d̄ alijs q̄ſi nihil curat· qꝛ hoc vuln⁹ attrahit ſẽſitiuã ptẽ ad ſe· ḡ d̄ ceterꝭ min⁹ ſentit· Modo vulnera ĩ corpe chriſti fuerũt q̇nq̄ʒ milia q̄dringẽta ⁊ ſeptuagintaquĩq̄ʒ· accipiẽdo q̄ʒlibet plagã flagellationis ꝓ vno vulnere· ⁊ pũcturã cuiuſlibet ſpine ꝓ vulnere vno· ⁊ q̄dlibet vuln⁹ ĩtulit chriſto ſingularẽ dolorem· ḡ paſſio chriſti fuit amariſſima. Tertia rõ· qꝛ chriſt⁹ fuit om̄i ꝯſolatiõe ꝑuat⁹· Nã pr̄ dereliq̇t eũ· ḡ clamauit ĩ cruce Heloy· heloy ⁊c. Hoc ē De⁹ me⁹ vt q̇d dereliq̄ſti me· Vñ dicit ꝑ ꝓphetã. Oſee. Cõſolatio ē abſcondita ab oculis meis. Notãdũ ꝙ paſſio chriſti excedit paſſionẽ alioꝝ ſanctoꝝ q̄ʒtũ ad dolorẽ ⁊ amaritudinẽ· ⁊ ſignãter ĩ h̄ ꝙ gaudium aīe nõ redũdabat ĩ corp⁹ ꝓpt̄ nimietatem paſſiõis. Sʒ oppoſitũ ē factũ ĩ alijs martyrib⁹· ĩ q̇b⁹ ĩterioꝛ ꝯſolatio redũdabat in corpus exteri⁹· ⁊ ꝑ h̄ paſſio eoꝝ dulcorata fuit. Itẽ a nullo hoīuʒ habuit chriſt⁹ aliquã cõſolationẽ exteriorẽ. Vñ dic̄ ꝑ pſ̄. Queſiui q̇ ꝯſolaret̄ ⁊ nõ inueni· imo ſup h̄ improperia ⁊ opprobria ſuſtinuit. Pſ̄. Improperiũ expectauit coꝛ meũ ⁊ miſeriã. Hoc etiã ptʒ ĩ hoīe tribulato· q̇ q̄ñ ꝯſolat̄ ab alijs· tunc ē ſibi q̄dã ſubleuatio ſue tribulatiõis· ḡ q̄ñ ſup h̄ deridet̄· tũc multo pl⁹ agguat̄ ſua tribulatio. Quarta rõ ē ſua innocẽtia. i. Petri. ij. Qui pctm̄ nõ fecit. nec ē inuẽt⁹ dol⁹ ĩ oꝛe ei⁹. Hoc ptʒ qꝛ cũ hõ iniuſte ledit̄ ⁊ innocẽter patit̄· tũc pl⁹ dolet. Quīta rõ ē ex pte illoꝝ q̇ ſibi martyriũ ĩtulerũt· qꝛ chriſt⁹ multa bñficia ꝯtulit eis ĩ veteri ⁊ nouo teſtamentis· qꝛ liberauit pr̄es eoꝝ d̄ egypto· ⁊ eduxit eos ꝑ mare rubꝝ· ⁊ pauit eos mãna ĩ deſerto q̄draginta ãnis· ⁊ poſtremo ĩtroduxit eos ĩ terrã ꝓmiſſiõis. Itẽ ĩ nouo teſtamẽto ſcʒ in hũanitate ſua· mortuos eoꝝ ſuſcitauit· cecos illoꝝ illuminauit· leproſos mũdauit ⁊ ſaluberrima documẽta ipſis dedit. Vñ pſ̄. Retribuebant mihi mala pro bonis. Sexta cauſa eſt vtilitas mortis. Unde ſcriptũ ē. Morte turpiſſima ꝯdemnemus eũ· qꝛ nullum genus mortꝭ turpius tũc fuit q̄ʒ mors crucis. Etiaʒ circũſtantie aggrauantes dolorẽ chriſti fuerũt ſocietas· qꝛ in medio duoꝝ latronũ ſuſpẽſus fuit. Eſa. liij. Cũ ſceleratis reputat⁹ ē. Itẽ ĩ ꝯſpectu mr̄is ⁊ alioꝝ ꝑſentiũ nudus ĩ cruce pependit. Itẽ ex tpe· qꝛ tpe paſcali cũ alij hoīes habuerũt gaudiũ ipſe occiſus ē. Septima eſt multitudo paſſionũ. Naʒ in locis neruoſis ĩ oīb⁹ ſenſib⁹ ⁊ ĩ om̄ibus mẽbris paſſus eſt. Unde Eſa. ꝑ. A planta pedis vſq̄ʒ ad verticẽ nõ ē in eo ſanitas. Unde etiã Bern̄· in ſer· Caput ſpiritib⁹ angelicꝭ tremebũdũ· dẽſitate ſpinaꝝ pũgit̄. Facies pulcra ꝑ filijs hominũ ſputis indecorũ deturpat̄. Oculi lucidiores ſole caligãtur ĩ morte. Aures q̄ audiũt angelicos cant⁹ audiũt pctõꝝ inſult⁹. Os q̄d docet angelos felle ⁊ aceto potat̄. Pedes quoꝝ ſcabellũ adorat̄ cruci clauis affigũt̄. Manus q̄ formauerunt celos· ſunt in cruce extenſe ⁊ clauis affixe· corpus verberat̄· latus lancea ꝑforatur. Et quid plura· nõ manſit ĩ eo niſi lingua· vt ꝑ peccatorib⁹ exoraret et matrem diſcipulo cõmẽdaret. Octaua cauſa ꝓpt̄ laboris ſui vacuitatẽ· qꝛ tẽpore paſſiõis cognouit ꝙ ĩ pluribus hoīb⁹ fruſtraret̄ amara mors chriſti· cum tñ oẽs redemit ⁊ oẽs cupijt ſaluari. pſ. Que vtilitas ĩ ſanguīe meo? Vñ Eſa. In vanum laboraui ⁊c. Hoc heu iã ptʒ in multꝭ hominib⁹ q̇ raro cogitãt de paſſiõe chriſti· ⁊ ingrati ſũt ipſi chriſto· imo q̄d pei⁹ ē· plures pctõres ipſũ chriſtũ iterato crucifigũt· cũ ſuis pctīs ⁊ blaſphemijs. De q̇b⁹ dic̄ apl̄s. Rurſũ crucifigẽtes filiũ dei. Nona cauſa q̄ ē ſup oẽs cauſas iã dictas· ē ꝙ iudei ſe itromiſerũt de honore ⁊ ptãte dei pr̄is. L

¶ Itē ꝙ ſapiētiā filij reputabāt iudei īſipi-
entiā ⁊ ſtulticiā. Itē ꝙ dulcedinē ſpūſſā-
cti cōmutabāt ī amaritudinē. qꝛ ipſi iudei
V ſpreuerūt opa ſpūſſācti. ¶ Quantū ad
tertiā ptē iſtiꝰ ſmōis. tūc q̄rit̄. q̄t ſūt docu-
mēta q̄ chriſtus docet nos ī ſua paſſione.
Rñdet̄ ꝙ ſeptē. Primo docet nos ſibi
grās agere ꝓpt̄ bona q̄ ꝯſecuti ſumꝰ ex paſ-
ſione ipſiꝰ. Vñ Augꝰ. Nihil acceptius et
laudabiliꝰ chriſto offerre poſſumꝰ q̄ȝ ꝙ ei
grāꝝ actiōes referamꝰ. Et merito. qꝛ pro
nob̄ pati voluit. q̄ ſine pctō ꝯceptꝰ et natꝰ
fuit. vt nos a nr̄is voluptatibꝫ per ſuam
paſſionē retraheret. Itē ī oībꝫ mēbris paſ-
ſus ē. vt nr̄a mēbra ſibi ſuire deberēt. Itē
totū ſanguinē ꝓ nob̄ obtulit ī p̄ciū ⁊ laua-
crū. ut nos ſanguinem nr̄m ⁊ vires corpis
nr̄i in eius ſeruitio cōſumere deberemus.
Scdo docet nos ipſū diligere. quia ipſe
ſup oīa dilexit nos. Et h̄ oñdit ī tribꝫ. ſcȝ
ī dignitate creatiōis. ī aſſūptiōe carnis. ⁊ ī
tolerātia paſſiōis. De h̄ q̄re īfra ſer. cij. O
Tertio q̄ȝtū odiat pctm̄ ad qđ delendū
tā amaraȝ paſſionē ſuſtinuit. Vñ Bern̄.
Grauis aīe caſus q̄ non niſi morte chriſti
poterat expiari. Vñ Ambro. Tantuȝ fuit
pctm̄. vt ſaluari nō poſſemꝰ. niſi vnigenitꝰ
dei ꝓ nob̄ moreret̄. imo adhuc ītātū odit
pctm̄ mortale ꝙ hoīeȝ pctōreȝ quē tā care
redemit ī eternū cōdēnat. O q̄ȝ graue onus
⁊ grauis offēſa ē pctm̄. qđ q̄dā hoīes tā leue
reputāt ⁊ tā parum formidāt. Quarto
docet nos cognoſcere q̄ȝ glorioſū ē regnū
celoꝝ. qꝛ pua res nō emit̄ care. ſ̄ vna gut-
ta ſanguīs chriſti p̄cioſior ē toto mundo.
Quīto docet nos fortificari ad ſuſtinē-
dū aliqđ duꝝ ī corpe nr̄o ad honorē dei.
⁊ ꝓpt̄ ſalutē aīaꝝ nr̄aꝝ. Vñ Iſido. d̄ ſū.
bo. Si paſſio chriſti ad memoriā reducit̄.
nil tā duꝝ qđ nō equo aīo toleret̄. Par-
ua enī toleramus ſi recordarem̄ q̄d ille ſu-
ſtinuit q̄ nos vocat ad celū. Ille oppro-
bria. deriſiōes. ꝯtumelias. alapas. ſputa.
flagella. ſpineā coronā. crucēq̄ȝ ſuſtinuit.
Et nos miſeri ad nr̄aȝ ꝯfuſionē vno mo-
dico ſermōe fatigamur. ⁊ vno ſolo verbo
deijcim̄. Vñ ſi volumꝰ cū chriſto regnare.
debemꝰ ſ̄ cum eo pati. Vñ apl̄s. Si ſocij

paſſionū eritis. ⁊ cōſolationum. Sexto
docet nos p̄ quā viā itur ad celū. qꝛ p̄ tri-
bulationē ⁊ paſſioneȝ. Vnde Luc. xxiiij.
Nōne oportuit chriſtū pati ⁊ ſic ītrare in
gl̄iaȝ ſuā. Et vbi caput ītrauit. p̄ eādē viā
⁊ portā optet mēbra ſeq̄. Vñ Act. xiiij. per
multas tribulatiōes ⁊ paſſiōes optet nos
ītrare ī regnū celoꝝ. Vñ Augꝰ. ī ſermone
Non putet q̄ſq̄ȝ vt ſibi ꝓſit chriſti paſſio
niſi illis q̄ ſequūt̄ veſtigia eiꝰ. Vñ Gregꝰ
ſup Ezech. Si dulcia q̄rimꝰ. neceſſe ē vt
amara toleremꝰ. Septimo docet nos X
chriſtꝰ ī paſſiōe ſua largos eē. qꝛ chriſtus
q̄ȝuis ī vita ſua largꝰ fuit ⁊ multa bñficia
dedit. tn̄ ī morte q̄dāmō ꝓdigꝰ fuit. qꝛ nil
ſibi retinuit ſ̄ oīa dedit etiā vſq̄ȝ ad veſtes
Nā petro dedit eccl̄iaȝ qñ eū ī vicariū ſuū
īſtituit. ⁊ regimē eccl̄ie ſibi cōmiſit. Iohā-
ni euāgeliſte dedit mr̄eȝ ſuam. qñ dixit in
cruce: Ecce mr̄ tua. Latroni p̄adiſū. cum
dixit: Hodie mecū eris ī p̄adiſo. Prī ce-
leſti dedit aīaȝ ſuā dicēs: Prī ī manꝰ tu-
as cōmēdo ſpūm meum. Nicodemo ⁊ Io-
ſeph ab arimathia corpꝰ ſuū ad ſepeliēdū
Nob̄ ſanguinem ſuū ⁊ oīa merita ſua de-
dit. Et crucifixoribꝫ dedit veſtimēta. Ps
Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea ⁊c. Nō enī
hō dȝ eſſe ad elemoſynas auarus. qñ ꝯſi-
derat ꝙ chriſtꝰ ī paſſiōe ſua ſic largus fuit
¶ Vltio ſciēdū ꝙ q̄libet libenter dȝ vene- Y
rari paſſioneȝ chriſti. ⁊ ſp̄ aliq̄d ei orare. et
hūiliter īclinare. qñcūq̄ȝ pertrāſit aliquā
imaginē crucifixi. Vñ d̄ h̄ legit̄ vnū exem-
plū ī dialo. Ceſarij. Qꝛ q̄dā prior d̄ ordīe
regulariū. tēpore quodā tāto ſopore cepit
affici. vt niſi cito dormiret moreret̄. q̄ cū in
lecto ſe reclinaſſet. mox q̄dam ꝯuerſus af-
fuit dicens: Dñe cū licentia veſtra vado.
Et ille. quo vadis. rñdit ꝯuerſus: Vado
ad deū. qꝛ mortuus ſum hac hora. Et pri-
or: cū multi perfecti trāſeūt ad purgatoriū.
quid eſt ꝙ tu tam abſolute dicis te ſtatim
iturum eſſe ad deum. At ille: Habebā cō-
ſuetudinem vt quotiēs trāſirē coram cru-
cifixo. hanc dicerem orationem: Dñe per
illā amaritudinē paſſionis quā ſuſtinuiſti
ī cruce ⁊ maxime qñ anima tua egreſſa ē d̄
corpe tuo miſerere aīe mee in egreſſu ſuo.

Et exaudiuit oꝛonez meaz dñs·meiqꝫ mi
ſertus ē. Et ait prioꝛ: Quō fuit tibi moꝛi/
enti. Rñdit videbatᷣ mihi ī agonia ꝙ totꝰ
mūdus eēt lapis vnꝰ· ꝛ ꝑmeret pectꝰ meū.

Z ¶ Item ſi qs ī meditatione paſſiōis chri
ſti primitꝰ nō ſentiret dulcedinē· tñ ꝓpter
h̄ nō debet deſiſtere· ſ; pſeuerāter ꝯtinuare
Vñ de h̄ legitᷣ aliud exemplū ī dialo· Ce/
ſarij· ꝙ ī quodā clauſtro fuit iuuenis qdā
bone indolis· huic iuueni erat ſtudium· in
die ad minꝰ ſemel ꝑcurrere paſſionē chri/
ſti. In q̊ ſtudio tātā ꝑ mediū circiter ānū
paſſus ē difficultatem· vt q̄ſi nihil valere
hmōi meditationem paſſiōis chriſti arbi/
traretᷣ. Vñ cū poſtmodū q̊daz tpe in an/
gulo chori ꝯuerſoꝝ diutius ac deuotius
oꝛōni incubuiſſet· diuinū imploꝛās auxiliū
Et cū ab oꝛōne ceſſaſſet ꝛ ſurrexit et trāſi/
uit ad altare. Et ecce dominꝰ ieſus ibi ſte/
tit añ altare q̄ſi pendēs ī cruce· q̊ pijſſima
brachia ſua abſtrahēs a cruce· ſeruū ſuum
amplexatꝰ eſt· ꝛ tanq̄ꝫ pꝛecoꝛdialem ſibi in
ſignuz mutue familiaritatis eum ad pectꝰ
ſuū attrahendo ſtrinxit· q̊ in illa hoꝛa tātā
accepit a dño gratiaz lachrymaꝝ· vt infra
matutinas vix aliq̄ hoꝛa oculi eiꝰ ſiccarē/
tur· ita quoqꝫ ī chriſti poſtmodū feruebat
paſſionis meditatione· ꝛ tantā ſenſit in ea
dulcedinē· vt ꝛ ipſe palmā martyrij pluri/
mum affectaret. Itē nota illud exemplū
de dulcedine paſſionis chriſti. Erat q̊daz
bonus homo q̊ multū dilexit deū· ꝛ ob re/
uerentiā quīqꝫ vulneꝝ chriſti q̊tidie dixit
q̊nqꝫ pater noſter· ꝛ huic appꝰuit dominꝰ
ieſus· ꝛ dedit ei de ſingulis ſuis vulneribꝰ
miram dulcedinē· ita ꝙ oīa gaudia mūdi
deſpexit· ꝛ ſolūmodo deo ſeruire ſtuduit·
ꝛ in bonis opibꝰ ꝛ virtutibꝰ valde ꝓfecit.
ꝛ ſic vitā ſuā tandē in bono finiuit· et poſt
moꝛtem celum intrauit.

Item tertium ſermonem
de paſſione dñi quō chriſtꝰ ſum-
pſit decē defectꝰ hūane nature·
q̄re ſup̄ ſermōe .xxvij. A. Item exem/
plū de paſſione dñi de milite illo q̊ quīqꝫ
pater noſter oꝛauit· q̄re infra ſer. lxxx. B.

¶ In die ſancto paſcē. Sermo. l.

Hec dies quaz fecit dominus· exultemus ꝛ le
temur in ea. Pſalmo. cxvij.

Sciēdū ꝙ pꝛeſens feſtiuitas pꝛecellit A
alias feſtiuitates in ſolennitate ꝛ iocundi/
tate. Vñ canitur per ītegram hebdoma/
dam ſingulis diebus: Hec eſt dies quam
fecit dominus exultemus et letemur in ea
ꝛc. Licet omnes dies dominus fecit· ta/
men ſingulariter illam dignificauit et le/
tificauit per ſuam reſurrectionem. Unde
Augꝰ· in ſer· de reſurrectione dñi. Quo/
modo glorioſa ꝟgo mater chriſti īter oēs
mulieres principatum tenet· ita īter oīes
ceteros dies· hec dies reſurrectiōis oīum
dierum mater eſt. Unde etiā Ambro· ſu/
per Mattheū. Reſurrectio chriſti defūctꝫ
vita· penitentibus eſt venia· ſanctis ē glo/
ria. Unde merito dicitur: Hec dies quaz
fecit dominus ꝛc. Letari debemus hodie
quia ſuperioꝛes· id eſt angeli hodie letati
ſunt de redemptione humani generis et d̄
reparatione ſue ruine· et de gloꝛificatione
chriſti· Nam omnes angeli ſuperioꝛes· in/
ferioꝛes· et mediocres· multum gaudent et
magnum gaudium habent de noſtra re/
demptione· maius de ſua reparatione· ſed
maximum de chriſti gloꝛificatione. Unde
Gregꝰ in Omel'. Paſce redemptoꝛis nr̄i
reſurrectio noſtra feſtiuitas exiſtit· q2 nos
reuocando ad celeſtia numerū eoꝝ adim/
pleuit. Itē inferioꝛes id ē patres ī lymbo
exiſtētes gauiſi ſunt· q2 erant ī magna de/
ſolatione ꝛ erāt ī infimo loco q̊ eſſe debe/
bant ī ſupꝛemo ſcꝫ in celo. Itē quia erant
ī caligine q̊ eſſe debebat ī apta dei viſione
Hi letificati ſunt· et per deſcenſum chriſti
et reſurrectionez eius. Eſa. xxxv. Gaudiū
et leticiam obtinebunt· fugiet doloꝛ et ge/
mitus. Unde canitur: Adueniſti deſide/
rabilis quez expectabamꝰ ī tenebris. Vñ
Augꝰ ī ſermone. Ad imperium domini ac
ſaluatoꝛꝭ oīes ferrei cōfracti ſunt vectes·
ꝛ ſubito innumerabiles ſanctoꝝ populi
q̊ tenebantᷣ in moꝛte captiui· ſaluatoꝛis ſui

genubus obuoluti lachrymabili obſecra-
tione depoſcunt dicẽtes: Aduenisti redẽ-
ptor mũdi: aduenisti quẽ deſiderãtes q̃ti-
die expectabamꝰ: Aduenisti quẽ nob vẽ-
turꝫ lex ãnunciauerat et ꝓphetę: aduenisti
donãs ĩ carne indulgẽtiã viuis pctõꝝ. ſol-
ue deſtictos ⁊ captiuos inferni. Et hi oẽs
hodie in die reſurrectionis valde exulta-
uerunt. quia chriſtꝰ eos de infimo extraxit
et in ſua aſcenſione eos in cęlum deduxit.
et ſuam beatam viſionem eis ęternaliter
B oſtẽdit. ¶ Et conſequenter medię cre-
aturę. id eſt homines ĩ terra exiſtentes ho-
die lętari debent. Primo quia frater no-
ſter. id eſt chriſtus qui mortuus fuerat re-
uixit. Unde Luc. xv. Fili gaudere opor-
tet. quia frater tuus mortuus fuerat et re-
uixit. Sic pater cęleſtis dicit ad quẽlibet
chriſtianũ. Q enim fratres chriſti ſumus.
oſtenditur in euangelio Joh. xx. vbi chri-
ſtus poſt reſurrectionem ſuam dixit ad
Mariã magdalenam: Uade ad fratres
meos et dic eis: Aſcendo ad patrem meũ
et patrem veſtrum. Secundo quia pec-
cata noſtra nobis indulſit per illud ſacrũ
tempus quadrageſimalę. ⁊ hoc per pęni-
tentiam quam egimus. Tertio lętari de-
bemus quia ſuo ꝓcioſo ſanguine nos ho-
die cibauit. ⁊ potauit in q̃ vniti ſumꝰ deo
Unde merito gaudere debemus. quia di-
cit Apl's: Gaudete in domino ſemper. ite-
rum dico gaudete. Nam ad gaudendum
incitant nos hodie creaturę. In chriſti enĩ
reſurrectione omnia florẽt et gaudẽt. Iu-
xta quod canitur: Uenit dies tua in qua
florent omnia. Naꝫ ſol maiori luce reſplẽ-
duit. Unde Maximꝰ. In chriſti reſurre-
ctione elementa omnia gloriantur. Nam
et ſolem ipſum arbitror clariorem ſolito ĩ
hac die. neceſſe eſt enim vt in eius reſurre-
ctione gaudeant. ĩ cuius paſſione condo-
luerunt. Item iam illo tempore cęlum ſe-
renatur. Terra. quia in ea arbores et flo-
res incipiunt florere. Similiter et aues in-
cipiunt cantare. quę omnia debent nobis
eſſe incitamentum exultationis et lęticię.
Sciẽdũ ꝙ reſurrectio chriſti eſt exemplar
noſtrę futurę reſurrectiõis. quia ſicut chri-
ſtus reſurrexit. ita nos reſurgemus. Apl's
i. ad Cor. xv. Omnes quidem reſurgemꝰ.
¶ Sed queritur in qua ętate reſur- C
gemus. Reſpondetur ꝙ omnes reſurge-
mus in ętate chriſti ſicut ipſe tempore paſ-
ſionis fuit. ſcꝫ trigintarium ãnorũ. Ratio
huius ẽ. quia tunc homo eſt ĩ meliori ⁊ ꝑ-
fectiori ſtatu. Item queritur de quãtita-
te reſurgentiũ. Reſpondetur. ꝙ quilibet
reſurget in ea quãtitate corporis ſicut cre-
uiſſet ſi ad perfectam ętatem perueniſſet. ⁊
nullum impedimentum ſui augmenti ha-
buiſſet. Et ergo non omnes reſurgemus ĩ
ęquali quãtitate. quia in pręſenti vnꝰ na-
turaliter maior eſt alio ſm curſum naturę
⁊ omnia ſuperflua. ſicut cuꝫ quãꝙ homĩes
naſcũtur monſtruoſi. cuꝫ duobus capiti-
bus et vndecim digitis. hęc omnia per di-
uinam potentiam reſecantur. ⁊ hi defectꝰ
per eandem diuinam potentiam ſupple-
buntur in his hominibus qui defectuoſa
corpora habuerũt. ſcꝫ qui caruerunt ali-
quibus membris. Unde Ambro. In illa
reſurrectione nulla alicuius remanebunt
indicia lęſurę. nulla penitus apparebũt ve-
ſtigia vlcerꝫ aut debitatũ in carne. Augꝰ.
Reſurgent corpora ſanctorum. ſine vllo
vitio. ſine vlla deformitate. ſine vlla cor-
ruptione. Sed in claritate etiam differũt.
quia ſicut ſtella differt a ſtella in claritate.
ſic vnum corpus glorioſum differt ab alio
corpore in claritate. ſm ꝙ homo in pꝛ̃ſenti
fuit perfectioris vitę. quia claritas animę
redundabit in corpus. Et ſicut nõ omnes
ſunt ęqualis meriti. ſic nec erunt ęquales
in claritate. Sciendum ꝙ omnes reſurge-
mus tam boni q̃ꝫ mali cum eiſdem corpo-
ribus ⁊ animabus. ſicut viuimus. ſed erit
magna diſtantia inter bonos ⁊ reprobos
quo ad claritatem corporum. Quia electi
fulgebunt vt ſol. reprobi aũt denigrabũ-
tur ſuper carbones. Sed quo ad cla- D
ritatẽ corporum electoꝝ tũc quattuor pñt
ꝯſiderari in ſole. quę q̃libet iuſtus ĩ corpo-
re dꝫ hr̃e poſt dieꝫ iudicij poſtq̃ꝫ reſurrexit
a mortuis. Primum quod ꝯſideratur in
ſole eſt pulcritudo ſiue claritas ĩter om̃es
creaturas q̃s deus creauit ĩ mũdo. Nihil

eſt cõmunit᷑ ita clarũ ⁊ pulcrũ vt ſol· qꝛ ipſe
eſt fons ⁊ origo oĩuꝫ luminũ. Hanc auteꝫ
claritatẽ debent hr̃e iuſti poſt diem iudicij
in corpibꝫ ſuis. Corpus enĩ illud qđ mo-
do eſt pallidũ ⁊ deforme· erit poſtmodũ ſe
pties pulcrius q̃ꝫ ſol iam eſt· qꝛ ſol ſepties
clarior fuit q̃ꝫ iã eſt añq̃ꝫ p̃m⁹ hõ peccauit·
ſed poſtq̃ꝫ Adã ⁊ Eua perpetrauerũt pec-
catũ· tunc ꝑdidit ſol ſuę claritatꝭ ſeptẽ par
tes· ⁊ niſi octaua pars ꝑmanſit· ſed poſt di
em iudicij erit vt p̃us fuit· ⁊ luna erit tam
lucida ſicut ſol iam eſt. Vñ Eſa· xxx· Erit
lux lunę ſicut lux ſolis. Vñ dico· ſicut ſol
fuit olim anteq̃ꝫ prim⁹ hõ peccaret· ita pul-
cer debet eẽ quilibet iuſt⁹ hõ in ſuo corpore
vt dicit dñs in euãgelio Matth· xiij· Tũc
fulgebũt iuſti ſicut ſol. Scđm qđ ꝯſide-
ratur in ſole eſt agilitas ſiue celeritaſ· quia
ita agilis ẽ ſol· ꝙ q̃ꝫcito de mane orit᷑· re-
mittit ſplendorẽ ſuũ q̃ſi ꝑ totam terrã· et
in vno breui tp̄e ꝑcurrit ſpacioſũ ⁊ latum
mundũ. Hanc agilitatem habebit q̃libet
iuſtus. Nota ꝙ corpus nr̃m qđ mõ g̃ue ẽ
⁊ pigrũ ad ſeruiendũ deo ⁊ ad bona opa
⁊ ad laborem· tunc erit ita agile vt modo
cogitatiões ſunt. Verbi grã. Ego cogito
iam ad finẽ mũdi· ⁊ q̃ꝫcito ego iaꝫ illuc co
gitaui tam cito cũ corp̄e ⁊ aĩa poſſum tunc
eẽ in fine mũdi ſi voluero· vel vbicũq̃ꝫ lo-
corum. Vñ Aug⁹. Vbi vult ſpũs· ibi ꝓti
nus erit ⁊ corpus· qꝛ ſicut iam põt videre hõ
cęlũ ⁊ ĩmediate viſum declinare ad terraꝫ
ita velox erit corpus glorificatũ· qꝛ ſimiles
erim⁹ angelis· q̇ in ictu oculi pñt a t̃ra ad
cęluꝫ volare· ⁊ econũſo redire. Vñ Anſel
mus. In illa vita pulcritudo iuſtoꝝ ſolis
pulcritudini q̇ ſeptemplicit᷑ q̃ꝫ modo eſt fit
ſplendidior adęquabit᷑. Velocitas ſiue
agilitas tanta nos ꝯcomitabit᷑· vt angeliſ
dei ęque celeres ſim⁹ q̇ a cęlo ad terrã citi⁹
q̃ꝫ in ictu oculi dilabunt᷑ ⁊ econũſo. Ter-
tiũ qđ cõſiderat᷑ in ſole eſt ſubtilitaſ· Sol
enĩ tam ſubtilis ẽ ꝙ nullũ vitrũ tam ſpiſſũ
eſt q̇n ſplendor eius penetret. Et tam ſub-
tilis ẽ ꝙ nulla cryſtallus taꝫ dura ⁊ tam
magna eſt q̇n ꝑ ipſam ſplendeat. Et ean-
dem ſubtilitatẽ habebit tunc quilibet iuſt⁹
Corpus enĩ qđ modo eſt ineptum ⁊ groſ-
ſum· tam ſubtile tũc erit· ꝙ nulla res tam
dura eſt vel firma· q̇n poſſit ꝑtranſire ſine
vllo impedimẽto. Vñ ſi poſſibile eſſet ꝙ
murus ferreus de cęlo ad terrã cõtingeret
ꝑ hũc poſſet homo iuſtus tranſire cũ corpo
re ⁊ aĩa· ita facile ac ſi nihil ibi eẽt· Et hoc
verum ſit teſtimoniũ habem⁹ in euangelio
Joh· xx· ꝙ Jeſus ianuis clauſis hodie ad
diſcipulos introiuit· ⁊ ſtans ĩ medio eorũ
dixit eis: Pax vob· per hoc oſtenditur ꝙ
nulla res tam dura ⁊ firma eſt· q̇n hõ iuſt⁹
poſſit ꝑtranſire cũ corp̄e ⁊ aĩa poſt iudiciũ
qꝛ eandem gloriam quã chriſtus habuit ĩ
ſuo corp̄e poſt reſurrectionẽ q̃libet iuſt⁹ ha
bebit poſt diem iudicij. Vñ apl̃s. Salua-
torem expectam⁹ q̇ reformabit corpus hu-
militatꝭ nr̃ę configuratũ corpi claritatꝭ ſuę
Quartũ qđ cõſiderat᷑ in ſole eſt impaſſi-
bilitas. Splendorẽ enĩ qui a ſole proce-
dit nullus põt lędere· ſiue verberet᷑ in ipſũ
vel ſecetur vel lapidibꝫ iaciat᷑· hoc nihil po
teſt ei nocere· eandem impaſſibilitatẽ habe
bit ꝓtunc ⁊ quilibet iuſt⁹. Nam illud cor-
pus qđ iam ita fragile eſt ꝙ ipſum fames·
ſitis· ęſtus· frigus· lędere põt· qđ ⁊ mortale
eſt· imo qđ ⁊ mori oportet· tunc erit ita ſb-
tile ⁊ ſecurũ ⁊ impaſſibile ꝙ ei nihil nocere
põt. Nam ſi oẽs gladij accipent᷑ qui a p̃n-
cipio mũdi fabricati ſunt· ⁊ percuterent᷑ in
vnũ corpuſ glorificatũ nihil ꝟ lędere pñt.
Nam oẽs hoĩes cũ oĩbꝫ armis non poſſũt
ei nocere· qꝛ corp⁹ gl̃ificatũ erit ĩmortale· ⁊
ĩpaſſibile· ſic ꝙ nec eſuries· nec fames· nec
ſitꝭ· nec frig⁹· nec aliqđ incõmodũ poteſt ei
nocere. Vñ Apoc· vij· Non eſurient neq̃ꝫ
ſitient neq̃ꝫ cadet ſuper eos ſol neq̃ꝫ vllus
ęſtus. Item Apoc· xxi· Neq̃ꝫ luctus neq̃ꝫ
clamor erit vltra. Item corpus qđ iam eſt
mortale· erit tũc ĩmortale. Et apl̃s dicit đ
Chriſto. Mors illi vltra nõ dñabit᷑. Sic
ſimilit᷑ intelligitur de quolibet iuſto· ergo
nec mortem nec quicq̃ꝫ mali timebunt am-
plius. Eſa· xxv· Precipitabit dñs mortẽ
in ſempiternũ· Quis tam ſtult⁹ int᷑ oẽs q̇
hanc gloriam ⁊ beatitudinẽ non querat·
vbi ĩuenit᷑ omne bonũ ⁊ nullũ malũ? Vñ
Bern̄· Non ſurget ibi malicia· nõ carnis
miſeria· nulla ibi ęgritudo nulla neceſſitaſ

nõ ibi fames·nec ſitꝫ· nec frig⁹·nec eſt⁹· nec
laſſitudo ieiunij· nec vlla tẽptatio iimici·
nec peccãdi volũtas·nec delinq̃ndi facul/
tas·ſꝫ totũ leticia·totũ exultatio· hoĩes an
gelis ſociati ſine vlla carnis ĩfirmitate de/
mo·rabũt. Hoc iã dictũ ẽ ꝺ corpib⁹ ſaluan
E dorꝫ. ¶ Nũc ãt reſtat enucliare ꝯditiões
corpoꝝ ꝯdẽnãdoꝝ. Pro q̃ ſciẽdũ· ꝙ cor/
pora dãnatoꝝ ĩ reſurrectiõe hẽbũt pncipa
lit̃ q̃nqꝫ ꝯditiões. Primo q͛ erunt valde
difformia·q͛ ſicut corpa electoꝝ ſũt val/
de clara ⁊ lucida·ſic corpa dãnatoꝝ erunt
valde nigra ⁊ obſcura. Vñ Aug⁹ in·li·ꝺ
natura dei ſic dicit: Si ignis iſte oĩa luci/
da ⁊ decora deturpat ⁊ denigrat·q̃ꝫtoma/
gis infernalis ignis ẽ deturpãs obſcurãs
⁊ denigrãs·vt exemplarit̃ patet ĩ igne ſan/
cti Antonij·q̃ in pũti valde deturpat ⁊ de
nigrat mẽbrũ in q̃ eſt. Et idem etiã patꝫ ĩ
ſole·q̃ ſic denigrat facies ⁊ corpa ethiopũ
q̃ꝫtomagꝭ ignis infernalis·ſcilicꝫ·corpora
ſupboꝝ ⁊ reproboꝝ. Johel·ij· Oẽs vult⁹ re
digent̃ in ollam. Secundo erunt debilia.
Job·xv· Cõſumet mors fortitudinẽ eius
Exemplũ poſſum⁹ videre in debilitate p̃/
ſentis vitę·quę ſic debilitat fortiſſimos in
agone mortꝭ·ꝙ nec ſtare nec ãbulare pñt·
q̃ꝫtomagꝭ illa mors amara q̃ eſt ęt͛na·red/
det illa corpa debilia. Tertio ꝙ erũt val/
de grauia· q͛ eis dat̃ locus infim⁹. Exo·
xv· Deſcenderũt in pfũdũ q̃ſi lapis. Vñ
etiam Job loquit̃ de peccatorib⁹ ĩ delitijs
viuentib⁹ dicẽs ſic: Ducũt in bonis dies
ſuos·in pũcto aũt ad inferna deſcendent.
Quarto ꝙ erũt nuda·ſ·ad confuſionẽ eo
rum. Vñ Naũ·iij· Oſtendã gentib⁹ nu/
ditatẽ tuam. Et ſignant̃ illi pctõres qui ſꝫ
ſuperbiam cũ veſtib⁹ exercu ũt ⁊ ſe ad cõ/
placendum hoĩbus ornauerũt. Vñ Sa/
lo· Per quę homo peccat per hꝫ ⁊ torquet̃
Quinto ꝙ erunt paſſiua valde ⁊ plena oĩ
miſeria·⁊ tamen incorruptilia Judith·xvi
Dabit dñs ignem ⁊ vermes in carnẽ eorũ
vt vrant̃ ⁊ viuant ⁊ ſentiant pęnas vſqꝫ ĩ
ſempiternũ· Habebũt enĩ fletũ in ocul̃·ſtri
dorem in dentib⁹·fetorem in narib⁹·vincu
la in pedibus ⁊ manibus·ignẽ in toto cor
pore. Ps· Repleta eſt malis aĩa mea. Et
ſignanter in illo mẽbro peccator maxime
torquebit̃·cũ quo creatorem ſuũ plus offẽ
dit. Unde Bern· In quo aũt mẽbro cre/
ator plus offendit̃·in eodem peccator gra
uius torquebit̃. Et hec dicta ſũt de reſur/
rectione reproboꝝ. ¶ Ultimo quęritur F
q̃re chriſt⁹ pmo reſurrectionẽ ſuã oſtẽdit
mulierib⁹. Rñdet̃ pmo ꝓpter dignitatem
vt in hoc nobis exemplũ daret·vt ob reue/
rentiam glorioſę virginis Marię omnes
mulieres honorem⁹·ſiue ſint maritatę ſiue
viduę ſiue virgines·q͛ mortẽ quã fęmina
Eua intulit·fęmina·id eſt beata ꝟgo fu/
gauit. Unde canit̃: Paradiſi porta per
Euam cũctis clauſa eſt·⁊ per Mariã iterũ
patefacta. Secũdo q͛ voluit vt reſurrec/
tio eius manifeſtaret̃ alijs·ſed q͛ mulieres
vix aliquid celare poſſũt·ſed quicq̃d audi/
unt hoc ſtatim alijs manifeſtãt. Exemplũ
legit̃ de quibuſdã monialib⁹ in quodam
monaſterio conſtitutꝭ·quę intra ſe delibe/
rauerũt vt duę ex ipſis deberent accedere
dñm papã·⁊ eis impetrare ꝙ ſibi mutuo
poſſent confiteri·eſtimãtes indignũ ꝙ ſua
ſecreta ⁊ ſuas infirmitates vni viro·id eſt·
ſacerdoti publicare deberent. Cũ aũt ad
papam veniſſent·⁊ ſumm⁹ apoſtolic⁹ intel
ligens earũ ſimplicitatẽ ⁊ diaboli fraudẽ
dedit eis vnam pixidem clauſam dicẽſ: vt
illam ſecũ ad hoſpitiũ portarent·⁊ de ma/
ne eam ſibi ſic clauſam reportarẽt·⁊ ſic ob/
tinerent qꝺ peterent·quę venientes ad ho/
ſpitiũ pixidem diligenter inſpexerunt ⁊ cã
libent̃ aperuiſſent·⁊ tandẽ vna dixit: Ape/
riam⁹ eam ⁊ videam⁹ quid in ea ſit. Alia
dixit: Non audemus· quia ſumm⁹ ponti/
fex ⁊ apoſtolic⁹ nobis inhibuit. Tandem
per temptationes victę aperuerũt eam·vo
lentes eã ſimili modo recludere·⁊ ſic auis
in ea recluſa aufugit·quę perterritę ſunt·⁊
cũ de mane redirẽt ad papam·⁊ ipſe cog/
nit factum·dixit eis: in hoc cognoſcit̃ vrã
inſtabilitas ⁊ infirmitas·ſic faceretis vob
mutuo·ſi deberetis audire confeſſiões ve/
ſtras·cum enĩ vna offenderet aliam·illa
nullo modo culpam alteri ꝓpter offenſam
ſibi factam obticeret·⁊ ſic vacue redierunt
ad ſuas ſorores.